.i. ad opa vite: q: nō oꝫ ꝙ ſemp actu opet̄ ea. ſꝫ poſſit opa-
ri illa: qđ v̄o dicebat̄ ꝙ actus ⁊ potētia diuidunt̄ ex oppoſi-
to: pꝫ ꝙ vt eſt actu nō eſt i potētia loq̄ndo de potētia aby-
ciente actū. poſſumus. n. ſaluare corpus eſſe aïatū actu: et
hr̄e actu eſſe qđ eſt viuere: ⁊ tñ dr̄ eſſe in potētia ad vitaꝫ
modo quo dcm̄ eſt. vꝫ. vt igredit̄ diffōnē aïe.

Quoniã autē ex incertis quidē, certius Tē.12
autē fit qđ ⁊ ſcdm̄ rōnē notius: tentan-
dum eſt iterū ſic aggredi de ipſa. non
.n. ſcdm̄ ꝙ oꝫ diffinitiuã rōnē oſtēde-
re: ſicut plures terminoꝝ dicūt: ſed ⁊ cãꝫ ineſſe
⁊ demonſtrare.

¶ Poſtq̄ꝫ phs venat⁹ eſt diffōnē aïe in cōi: i pte iſta venat̄
diffōnē ꝓpriã vnicuiqꝫ aïe: circa qđ duo facit: q: p̄ ꝯtinuat
ſe ad dcã. 2° exeq̄t̄ de itēto ibi (Dicam⁹ ḡ p̄n̄m) circa p̄mū
duo facit: q: p̄ ꝓpōit qđ ītēdit. 2° qđ dixerat manifeſtat p
ſile ibi. (Nūc aūt ſiē) dic̄ ḡ: qm̄ ãt aliq̄d q̄dē ex incertis. i.
aliq̄d de numero icertoꝝ: fit ãt qđ certū certius. i. p aliq̄d
certius: ⁊ ſm rōnē notius: ⁊ q: ſic eſt tentādū eſt ſic aggre-
di de ipſa aïa vt hēam⁹ de ea rōnē. i. diffōnē certã: ⁊ dicētē
cãꝫ. nō. n. diffinitiuã rōnē oꝫ oñdere ſolū: q: ſicut pl'es ter-
minoꝝ. i. pl'es de nūero terminoꝝ ſiue diffōnū dñt: ſꝫ ēr oꝫ
diffōnes oſtēdere ⁊ demr̄are cãm ineſſe. i. cãm q̄re ꝓp̄eta-
tes ⁊ paſſiones inſint. ¶ Notādū aūt ꝙ ſm phm̄ p̄ po-
ſterioꝝ triplex eſt diffō. q̄dã. n. eſt demr̄atōis ꝯ. vt ſi dicat̄
ꝙ ira eſt accēſus ſanguinis: aliq̄ v̄o eſt demr̄atōis p̄n̄m: vt h̄
ira eſt appetit⁹ doloris in ꝯrio. pōt. n. diffō p̄ma ꝯcludi per
ſcdaꝫ. nã q̄ hꝫ appetitū doloris in ꝯrio hꝫ accēſum ſangui-
nis circa cor. eſt aūt diffō dans cãm q̄ eſt demr̄atiōis p̄n̄m
.d. ꝓp q̄d pfectior q̄ꝫ diffō. que eſt dm̄ratōis ꝯ. nō. d. ꝓpter
q̄d: ſꝫ q: eſt aūt ⁊ 3° diffō cōplectēs vtrãqꝫ: que eſt q̄ſi vir-
tualr̄ tota demr̄atio. vult ḡ phs ꝙ cum ſupra poſita ſit de
aïa diffō q: que eſt ipfecta: hic q̄rēda eſt diffō pfecta: ⁊ ꝓ-
pter q̄d. ¶ Notādū aūt ꝙ diffōnes ſpāles ⁊ ꝓp̄e q̄ hic tra-
dunt̄. vꝫ. ꝙ aïa eſt quo viuit̄: ⁊ quo ſentit̄ ⁊c̄. ſunt aliq̄ mō
notiores quo ad naturã: q: ſp ſpālia ſunt aliq̄ mō notiora
quo ad naturã q̄ꝫ ꝯfuſa: ſūt etiam h̄ aliq̄ mō notiora quo
ad nos: q: opa vite magis ſunt nobis nota q̄ꝫ ipã. forma ḡ
ꝓpter h̄ ꝙ aïa eſt p̄ncipiū viuēdi ⁊ ſentiēdi: qđ eſt aliquo
modo certū: poterim⁹ ꝯcludere ⁊ inueſtigare quo mō aïa
eſt corpis actus: ſi hoc ſit de icertis. i. ſi ſit de numero icer-
toꝝ: ⁊ nō ſit nobis certū ⁊ notum.

¶ **Dubitaret forte** aliq̄s que diffinitionū aïe di-
cat: q: ⁊ que ꝓpter q̄d. ¶ Di-
cendū ꝙ ſm quoſdã phs dat duas diffōnes de aïa: quarū
q̄lꝫ eſt cōis: differūt tñ: q: vna eſt demonſtrationis p̄nci-
pium: alia v̄o eſt demonſtrationis ꝯclō. diffinit̄ aūt aïa ꝙ
eſt actus corporis: ⁊ ꝙ eſt viuendi p̄ncipiū: ſed hec diffini-
tio ꝙ eſt act⁹ corporis ꝯcludit̄ per hãc ꝙ eſt viuēdi p̄nci-
piam: eſt. n. hec p̄or illa: ſꝫ vt iſti dicūt duplex eſt p̄us quo
ad nos: ⁊ ſimplr̄ quo ad nos eſt hec diffinitio ꝙ aïa eſt vi-
uendi p̄ncipiū p̄or illa: ꝙ eſt act⁹ corporis. nam ex hoc co-
gnoſcimus aïam eſſe actū corporis. q: videmus eam eſſe
viuēdi p̄ncipiū: ſimplr̄ tñ alia diffinitio eſt p̄or illa. nã aïa
non eſt act⁹ corporis ex eo ꝙ eſt viuēdi p̄ncipiū. ſꝫ ecōuer-
ſo. itaqꝫ hec diffinitio ꝙ aïa eſt viuendi p̄ncipiū eſt cauſa
alterius i īferendo: ſed illa eſt cauſa huius in eſſendo ſm
hos ḡ phs vult ꝙ non ſufficit querere p̄mã diffōnem aïe
que quo ad nos ē demōſtrationis ꝯclō: niſi querat̄ ⁊ illa q̄
hoc modo eſt demonſtratōis p̄ncipiū: ſed hoc nō videt̄ hñ̄
dcm̄. nam vt dr̄ p̄ phy. innata eſt nobis via ex notioribus
nobis: ⁊ certioribus in certiora ⁊ notiora nature, in ſcia er

go naturali:⁊ etiam in ſciētia diuina:vbi ex effectibus ꝓ/ cedimus ad cauſas:⁊ ex cōib⁹ad ꝓpria ordine doctrine ꝓ/ ponēda ſunt p̄ora ⁊ notiora quo ad nos:vn̄ ph̄s in meta[a]. p̄us determinauit de ſub̄a ſenſibili que eſt nob̄ notior.qd̄ fecit in ſeptimo:q̄ȝ de ſubſtātijs ſepatis:de q̄b⁹agit in.xij.trāſ greſſus eſt igr̄ ph̄s doctrine ordinē īcipiēdo nō a notiori/ bus quo ad nos:ſȝ a notiorib⁹ſimpl'r:ponēdo p̄us diffōnē p̄orē ī eē q̄ȝ diffōnē p̄orē quo ad nos:ꝓpter qd̄ poſſumus al'r dicere tenendo cum cōmētatore.ſ.q̄ ph̄us p̄us poſuit diffōnē aie cōem:in p̄te iſta vult ineſtigare diffōnes aie ꝓ prias:⁊ q2 nō ſufficit cognoſcere aliq̄d in cōi niſi eat̄ ad ꝓ/ pria nō ſufficit aſſignaſſe diffōnē aie iā dictā niſi īueſtiget̄ ꝓpria rō aie .dr̄ aut diffō p̄dicta cōis oī aie eſſe diffinitio q2.ſȝ diffō ꝓp̄a dr̄ eē ꝑꝑ q̄d.ſic ḡ pōt ꝯtinuari text⁹ q̄ poſtq̄ȝ ph̄s determinauit de diffōne cōi aīe dicente q2.in p̄te iſta vult ineſtigare diffinitionē aīe ꝓpriam dicentem ꝓpter quid.⁊ aſſignantem cauſam.

**Alterius** forte dubitarȝ aliq̄s:q̄re diffō data dr̄ q2. diffō v̄o dāda que eſt ꝓpria dr̄ ꝓpter q̄d. ⸿ Dōȝ q̄ diffinitio ꝓpria pfectior ē q̄ȝ cōmunis.vt cōmē tator innuit. cū ergo diffinitio ꝓpter q̄d pfectior ſit diffōne q2.diffinitio cōis p̄us data:eo q̄ impfecta eſt dr̄ eē q2.dif/ finitio aūt dāda ꝓpria:eo q̄ pfectior ſit:dr̄ eſſe ꝓpter q̄d. poſſumus aūt al'r dicere ⁊ melius.q̄ duplex eſt demr̄atio q2.vt ph̄s p̄ poſterioꝝ dicit.vna per cauſaȝ remotā.alia ꝑ effectū:velle ḡ īueſtigare ꝓprietates ipſi⁹aīe ꝑ diffōnē da/ tam cōem oī aīe eſt ire ꝑ cām cōem ⁊ remotā ⁊ demr̄are q2.ſed ire ꝑ diffōnes ꝓprias:⁊ ꝑ cauſam ſpālē eſt incedere magis ꝓpter quid.quare cōgrue diffinitio p̄ma dicit̄ eſſe. quia.hoc autem ꝓpter quid.

**Alterius forte** dubitaret aliq̄s quō diffinitio p̄/ us data dr̄ eſſe demr̄atōis ꝯclō: dāda v̄o demr̄atōis p̄n[m]. ⸿ Dōȝ q̄ in hac q̄ōne fac̄ dubiū q2 diffinitio p̄us data magis vr̄ eſſe cā diffōnū ſeq̄ntiū q̄ȝ ecōuerſo.ſunt aūt diffōnes ſeq̄ntes q̄ aīa eſt quo viuit̄ tm̄ ⁊ ſic eſt aīa ꝓpria vegetabilib⁹. Rurſus aia eſt quo viuit̄ ⁊ ſentit̄:⁊ ſic eſt aia aialiū impfectoꝝ.ampli⁹ aīa eſt quo vi/ uit̄ ⁊ ſentit̄:⁊ fit mot⁹ ſ̄m locū:⁊ ſic eſt aīaliū pfectoꝝ.q̄r/ to aīa eſt quo fiūt oīa hꝰ.⁊ vlterius eſt id quo itelligim⁹:⁊ ſic eſt aia humana.he ḡ ſunt ꝓprie diffōnes aie.p̄ma v̄o ē cōis:ſed cū diffinitio: p̄ma magis ſit cā haꝝ diffōnū q̄ȝ eꝝ. magis dȝ dici illa demr̄ationis p̄n[m] q̄ȝ ꝯclō. ⸿ Sciēduȝ ḡ q̄ ꝑ cāȝ remotā nō ꝯtigit demr̄are affirmatiue:ſȝ negati/ ue:vt ſi aīal eſt remota cā reſpiratōis:nō valȝ.hoc eſt aīal ḡ reſpirat:ſȝ negatiue valet vt pies nō reſpirat:q2 non eſt aial:⁊ ſi vites ſunt cauſa remota ſibilatōis nō valet.vites ſt.ḡ ſibilatio ē.ſȝ negatiue valet:vt ſcite nō ſibilāt:q2 non ſt ibi vites.tal' ḡ cā ſ̄ȝ phȝ p̄ poſterioꝝ. n̄ ē ꝓp̄e cā:q2 ipro/ pria ē ⁊ cōis:ſȝ ꝓp̄a cā ē ſi negatio iſert negationē ⁊ affir/ ma:iſert affirmationē.ḡ ſi tales cauſe ꝓp̄e eēnt:ſic valȝ n̄ aial eſt.ḡ nō reſpirat:ſic valeret.aīal ē.ḡ reſpirat.qd̄ falſuȝ eſt.talis eſt aūt diffō cōis de aīa reſpectu diffōnū ꝓpriaꝝ: nā nō valet.aia eſt act⁹corpis organici.ḡ eſt p̄n[m] vegetādi tm̄:vel ḡ eſt p̄n[m] vegetādi ⁊ ſentiendi. diffō ḡ nulla ſpālis ecōcludi pōt per illā diffōnē cōem:ita q̄ per diffōnē illā nō pōt ꝯcludi diffō ſpālis affirmatiue:ſȝ ꝯcludi poſſit negati/ ue.nā bn̄ valet.non eſt act⁹corpis organici.ḡ nō eſt.p̄n[m] ve getādi tm̄:nec eſt p̄n[m] vegetādi ⁊ ſentiēdi.diffō ḡ cōis nō ꝯcludit aliq̄ȝ diffōnū ſpāliū:ſed ecōuerſo:nā bn̄ valet.p̄n[m] eſt aia vegetādi:vel ēt ſentiendi.ḡ eſt act⁹corpis organici. pȝ ḡ diffōnē p̄us aſſignatā eē.q2 eo q̄ dicat cām remotā:⁊ eē demr̄ationis ꝯnē q2.ꝯcludi hȝ ꝑ diffōnes alias aſſigna/ tas ſpāles.pȝ ēt ph̄m non fuiſſe trāſgreſſum ordinē doctri ne:q2 hꝰ ordo req̄rit vt a cōmunibus ad ſpālia ꝓcedatur. ⸿ Deinde cum dicit.

⸿ **Nūc autem ſicut cōcluſiones rōnes termio/ rum ſunt vt quid eſt thetragoniſmus:equale altera parte longiori:orthogoniū eſſe equilate rale:talis autem terminus ratio ꝯclōnis.dicēs aūt q̄m thetragoniſmus minus eſt medie iuen tio rei cauſam dedit.**




⸿ Qd̄ dixit manifeſtat ꝑ ſile.d.q̄ ſicut rōnes.i.ſicut diffō nes ſunt ſic ꝯnes termioꝝ.i.ſunt ꝯcluſe ꝑ terminos alios ſiue ꝑ diffōnes:ꝯcludunt̄.n.ſicut diffōnes per terminos ſiue ꝑ diffōnes alias:vt ſi q̄rat̄ q̄d eſt thetragoniſm⁹:diffō .d.ipm̄ eē orthogoniū eq̄laterale eq̄le ſupficiei:altera p̄te longiori:tal' aūt termin⁹.i.diffō eſt rō ꝯnis.i.eſt ꝯ.demr̄a/ tiōis:⁊ ē.d.q2 ſȝ diffō.d.q̄.thetragoniſm⁹eſt iuētio medie rei dic̄ cām:⁊ ꝑꝑ q̄d. ⸿ Notādū aūt q̄ ſi deſcribat̄ figura oblonga hn̄s alterā p̄tē longiorē cuiuſmodi eſt figura.a. e.ſi accipiat̄ mior linea.vt.b.d.⁊ addat̄ linee maiori:⁊ ꝯſti tuat̄ linea.a.b.d.⁊ ſup illā lineā ꝯſtituat̄ ſemicirculus ⁊ a pūcto.b.ducat̄ linea.b.c.vſq; ad circūferētiā ſemicirculi. vt ꝓbat̄ in 6°geometrie linea.b.c.erit media rei iuētio.i. erit medio loco ꝓportiōal'r īter lineā.a.b.⁊.b.d.ita q̄ ſic ſe hȝ līea.a.b.ad.b.c.ſic ſe hēbit.b.c.ad.b.d.q2 q̄ȝtū.a.b.exce dit.b.c.tm̄.b.c.excedit b.d.ſȝ vt i eodē 6°ꝓbat̄.quotiēſcū q̄ȝ ſunt tres līce ꝓportōales qd̄ fit ex ductu p̄me in tertiā eq̄le eſt ei qd̄ fit ex ductu medie in ſeipſam:q̄dratū ḡ.b.c. qd̄.fit ex ductu.b.c.in ſeip̄aȝ q̄ eſt linea media eq̄le ē figu/ re.a.e.q̄ ē altera p̄te lōgior q̄ fit ex ductu.a.b.q̄ eſt līca p'l ma in.b.d.vel in.b.e.q̄ eſt eq̄lis ſibi q̄ ponebat̄ linea 3°.ma nifeſtū eſt aūt h̄ in nūeris:vt ſi accipiant̄ tres nūeri ꝓpor tiōales:qd̄ fit ex ductu p̄mi ī tertiū eq̄le eſt ei qd̄ fit ex du ctu ſcd̄i in ſeip̄m.hꝰ aūt nūeri ſunt octo.q̄tuor duo.nā ſic octo ſe hn̄t ad q̄tuor:ſic quatuor ad duo:⁊ tm̄ valet octies duo ſic q̄ter q̄tuor.vult ḡ ph̄s dicere q̄ q̄ dicit thetrago/ niſmū.i.q̄dratū eē orthogoniū.ſ.rectangulū eq̄laterale.i. hn̄s eq̄lia latera eē eq̄le figure altera p̄te lōgiori dicit q2 ita eſt:ſȝ nō dic̄ cāȝ.ſȝ dicēs q̄ eſt media rei īuētio dic̄ cām ⁊ ꝓpter q̄d:nā ꝑꝑ h̄ q̄dratū eſt eq̄le figure altera p̄te lon/ giori:q2 ꝯſtituit̄ ex līea q̄ eſt media rei iuētio.i.medio loco ꝓportōalis:⁊ tūc ſupplēdū eſt.q̄ ⁊ ſic circa aīaȝ ſe hȝ.nam dās diffōnē cōeȝ dat diffōnē dicētē q2.⁊ q̄ ē demr̄atōis ꝯ. ſȝ dās diffōnē ſpālē:⁊ ꝓpriā dat diffōnē q̄ modo quo dem̄ eſt dic̄ ꝑꝑ q̄d:⁊ ē demr̄atōis p̄ncipiū. ⸿ Deiñ cū dicit.

⸿ **Dicamus igit̄ principium accipiētes intētio nis determinari aiatuȝ ab inaīato in viuendo. multipl'r aūt ipſo viuere dicto:⁊ ſi vnuȝ aliq̄d hoꝝ inſit ſolū viuere ipſuȝ dicimus:vt intelle ctus:⁊ ſenſus motus:⁊ ſtatus ſcd̄m locum.** Cō.13.

⸿ **Adhuc autē motus ſ̄m alimentum ⁊ decre/ mentum:⁊ augmentum.**

⸿ Exeq̄t̄ de ītēto:circa qd̄ duo fac̄.q2 p̄ diſtiguit diuerſos modos viuendi.2°ſ̄ȝ illos modos viuendi docet ſumere

ſpāles diffōnes ⁊ ꝓpas aīe ibi.(Uñ ⁊ vegetabilia).dicē ꝗ: dicam⁹ ꝙ accipiētes pn͞m itētōis nr̄e determīari.i.diſtigui: ⁊ differre aīatū ab iāiato: ī viuēdo ꝗ ꝑʒ diuerſa opa vite diuerſimode notificāda eſt aīa: ſubdit aūt ꝙ ipo viuere dicō multiplr̄: qꝛ dr̄ 4ᵒʳ mōis: ſi ſolū vnū aliqd hoꝝ īſit dicim⁹ viuere ipʒ cui ieſt: ſt aūt mōi viuēdi vt itell̄s ſenſus mot⁹ ⁊ ſtat⁹ ꝑʒ locū: ad h̄ āt mot⁹ ꝑʒ alimētū ⁊ decremētū ⁊ augmētū. ℂ Nōn͞m āt ꝙ ꝗdruplex ē aīa: vt ſupra tāgebat̄.vʒ. vegetatiua q̄ ē ī plantis. ſenſitiua q̄ ē ī aīalib⁹ īꝑfect̄. ꝑʒ locū motiua que eſt ī aīalib⁹ ꝑfectis. ⁊ itell̄iua q̄ eſt in hoīe. h̄ āt ꝗdruplex aīa cogſci hʒ ꝑ 4ᵒʳ opa vite. vʒ. ꝑ opa itell̄s ſenſus: mot⁹ ꝑʒ locū: ⁊ ꝑ nutrimētū: augmētū: ⁊ decremētū. ℂ Notādū āt ꝙ ī his aīab⁹ ſp ꝑfectioꝛ ꝯtīet īꝑfectiorē vt ſenſitiuū ꝯtīet vegetatiuū. ꝑʒ locū motiuū ꝯtīet vegetatiuū: ⁊ ſenſitiuū. nā aīalia q̄ ſeipa mouēt localr̄: cuiuſmōi ſt aīalia ꝑfecta: viuūt ⁊ ſentiūt. itellectiuū ṽo ꝯtinet oīa alia. ſt ꝗ ſpāles diffōnes aīe: vt ſupra dcm̄ eſt ꝙ aīa ē q̄ viuit̄. quo ſentit̄. quo fit mot⁹ ꝑʒ locū ⁊ quo itelligit̄. ℂ Deīn cū dic.

Cō. 14. ℂ Unde ⁊ vegetabilia oīa vident̄ viuere: vidētur autē in ſeipſis hn̄tia potētiā ⁊ pricipiū huiuſmodi ꝑ qd̄ augmētū ⁊ decremētum ſuſcipiunt ſcdʒ ꝯrios locos: nō.n. ſurſuʒ qdē augētur: deorſum autē non: ſed ſilr̄ in vtroqʒ ⁊ penitus quecunqʒ alunt̄ ⁊ viuunt in fine: quouſqʒ poſſunt accipere alimentum.

ℂ Docet ſumere has ſpāles: ⁊ ꝓpas diffōnes aīe. ℂ Ad c⁹ euidētiā ſciedū ꝙ hꝫ diffōnes aīe potiſſime accipiunt̄ ꝑꝑ diuerſas poᵃˢ ⁊ diuerſa opa vite q̄ videm⁹ ī reb⁹ aīatis. vñ tria fac: qꝛ p̄ docet ſumere hꝫ diffōnes. z° decl̄at quē ordinē he poᵉ adiuicē hēant. 3° decl̄at de vnaꝗqʒ haꝝ poᵃʳ ꝑ ſe. vʒ. d̄ vegetatiua ſenſitiua itell̄iua: ⁊ ꝑʒ locū motiua. z° ibi (Potētiaꝝ āt aīe) 3° ibi (Neciū aūt ⁊ debētē de his) circa p̄mū tria facit. qꝛ p̄mo docet ſumere has diuerſas ⁊ ꝓprias diffōnes aīe datas ꝑm diuerſa opa vite vl̄ ꝑʒ diuerſas poᵃˢ. z° ꝯpat hꝫ poᵃˢ ad ipāʒ aīaʒ. 3° oñdit ꝙ ad cōpletā diffōnē aīe iſtis diffōnib⁹ ſpālib⁹ oʒ ſupaddere diffōnē cōeʒ vl̄ docet ꝯcludere diffōnē cōeʒ ꝑ hꝫ diffōnes ſpāles. z° ibi (Utꝝ āt vnūqd̄qʒ eoꝝ) 3° ibi (Qm̄ āt q̄ viuimus) ī pte iſta p̄ᵃ itēdit talē rōnē. ſenſitiuū itell̄iuū ꝑʒ locū motiuū nō ſepant̄ a vegetatiuo: ſʒ aīa ē pn͞m vegetādi: vl̄ ē pn͞m q̄ viuit̄. ꝗ eſt pn͞⁹ q̄ ſentit̄ q̄ fit mot⁹: ⁊ q̄ itell̄it̄: cū ſenſitiuū motiuū ⁊ itell̄iuū a vegetatiuo nō ſepent̄. Nā ſi vegetatiuūʒ ſepat̄ a ſenſitiuo: ⁊ ab alijs: ⁊ nō eꝯ. vegetatiuū ē p⁹ ill̄: ⁊ qꝛ qd̄ ē pn͞⁹ poᵒʳⁱˢ ē pn͞m alioꝝ q̄ ſt poſtea: aīa q̄ ē pn͞m vegetādi ē pn͞m oīuʒ alioꝝ. vʒ. ſentiēdi itelligēdi: ⁊ ꝑʒ locū mouēdi. ī hac aūt rōne ſic ꝓcedit: qꝛ p̄ oñdit ꝙ aīa ē pn͞m q̄ viuit̄. z° decl̄at ꝙ aīalia a vegetatiuo ſepari nō pn̄t. 3° ex h̄ ꝯcludit aīaʒ eē pn͞m viuēdi ſentiēdi ⁊ itelligēdi ⁊ ꝑm locū mouēdi. z° ibi. (Separi āt) 3° ibi (vegetatiuū āt dicim⁹) ꝯtīuet̄ āt ſic. dcm̄ eſt ꝙ qb⁹ ineſt aliqd̄ vnuʒ p̄dcōꝝ dr̄ viuere. vñ qꝛ ſic ē ⁊ vegetabilia oīa vr̄ viuere: qꝛ vr̄ ī ſeipſis hn̄tia poᵃᵐ ⁊ pn͞⁹ hꝫ ꝑ qd̄ ſuſcipiūt augmētū ⁊ decremētū: ⁊ h̄ ꝑm ꝯrios locos. nō.n. vegetabilia augent̄ qdē ſurſū: nō āt deorſuʒ: ſʒ ſilr̄ ī vtroqʒ ſuſcipiūt augmētū qd̄ ſup. eē nō poſſet niſi ab aīa: ſubdit āt ꝙ penit⁹ q̄cūqʒ alunt̄ q̄uſqʒ ī finē pn̄t accipe alimētū viuūt: ſupple ꝑ pn͞m qd̄ ē aīa. ℂ Nōn͞m aūt ꝙ ꝑm Cōmē. moueri ad oēʒ dr̄iaʒ pōnis ñ pōt eē ab aliq̄ nāꝛ elēt. ſʒ oʒ ꝙ ſit ab aīa. ꝗ eo ipo ꝙ vegetabilia augmētant̄ ī oēʒ ptē ⁊ trahūt alimētū ꝑʒ ꝯrios locos. vt ſurſum deorſū: ſilr̄ vtrobiqʒ oʒ h̄ eē ꝑ pn͞m hꝫ: qd̄ eſt aīa: ⁊ ꝑ aliqʒ poᵃᵐ aīe. ex qbus oīb⁹ vult hēre phs ꝙ aīa eſt p̄ncipium quo viuitur. ℂ Deinde cum dicit.

Cō. 15 ℂ Separi aūt hoc ab alijs poſſe eſt. Alia aūt ab hac ipoſſe in reb⁹ mortalibus: manifeſtū eſt aūt in his que vegetant̄: neqʒ enim vna eſt in ipſis potētia alia aīe. ℂ Uiuere qdē igit̄ ꝓpter hoc principiū eſt in oībus viuentibus. Cō. 16

ℂ Oſtēdit ꝙ alia nō ſepant̄ a vegetatiuo: ſed ipſum pōt ſeparari ab alijs. circa qd̄ duo facit: qꝛ p̄mo fac̄ qd̄ dcm̄ eſt. z° oñdit ſilr̄ eſſe de ſenſu tactus reſpectu alioꝝ ſenſuum: ſicut de vegetatiuo reſpectu ſenſitiui ⁊ itellectiui: ⁊ ꝑm locum motiui. nā ſic̄ ſenſus tact⁹ pōt ſepari ab alijs ſenſib⁹ ⁊ nō ecōuerſo: ſic vegetatiuū in mortalib⁹ pōt ſeparari ab alijs: ⁊ nō ecōuerſo. z° ibi. (Aīal aūt). dicit ꝗ ꝙ ſepararari āt eſt poſſe. hoc. ſ. vegetatiuū ab alijs: alia āt ī mortalib⁹ īpoſſibile eſt ſeparari ab hoc. i. a vegetatiuo. ꝙ aūt vegetatiuū poſſit ſeparari ab alijs. manifeſtū eſt aūt in his que vegetant̄. i. in vegetabilibus ⁊ plantis: in ipſis.n. neqʒ vna alia potētia aīe ieſt p̄ter vegetatiuū: ſʒ ipm̄ qdē igit̄ viuere ineſt oībus viuētib⁹: ꝓpter hoc pn͞m. ſ. ꝓpter aīam vegetatiuam. nā aīa vegetatiua eſt pn͞⁹ quo viuit̄. ℂ Notādū āt ꝙ ait in reb⁹ mortalib⁹ nō ſepari alia a vegetatiuo p̄ſeruādo ſe a corpib⁹ ſupcceleſtib⁹ que ſi ſint aīata non hn̄t tn̄ de potētijs aīe niſi itellectiuū ⁊ deſideratiuū. nō aūt hn̄t vegetatiuā ⁊ ſenſitiuā: vt vult cōmētatoꝛ in. 12° meta. ſup illo ca° mouet aūt. intelligētie.n. motrices orbiū: ⁊ ſi habēt ꝟtutē intellectiuā ⁊ deſideratiuā: non tn̄ hn̄t potētiā ſenſitiuā ⁊ vegetatiuā. ℂ Notādū ꝙ ſi in oībus mortalibus vegetatiuū nō ſepat̄ ab alijs: oʒ in oībus talib⁹ viuētibus eſſe aīam vegetatiuā: ⁊ per ꝯñs in oībus huiuſmodi aīa ē p̄ncipiū viuendi. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Aīal aūt ꝑꝑ ſenſū primū: ⁊ nāqʒ q̄ nō mouēt̄ neqʒ mutātia locū: hn̄tia aūt ſenſuʒ aīalia dicimus ⁊ nō viuere ſolū: vr̄ aūt ⁊ hꝫ multa eſſe aīaliū: manētia aūt cū ſint nā: hn̄t ſolū ſenſum.

ℂ Oñdit ſilr̄ eē de tactu reſpcū alioꝝ ſenſuū: ſic̄ de vegetatiuo reſpcū alioꝝ. circa qd̄ duo fac̄. qꝛ p̄ ait. ꝙ aīal eſt aīal ꝑꝑ tactū. z° oñdit ſenſuʒ tact⁹ poſſe ſepari ab alijs: ⁊ nō eꝯ. ibi (Senſitiuū āt) dic̄ ꝗ. ꝙ aīal aūt ē aīal ꝑꝑ ſenſū p̄mū. i. ꝑꝑ tactū: ⁊ nāqʒ q̄ nō mouent̄ nʒ ſt mutātia ꝑʒ locū: hn̄tia aūt ſenſuʒ tact⁹ aīalia eē dicim⁹ ⁊ nō viuere ſolū. ſubdit āt ꝙ m̄lta de numero aīaliū vr̄ eē hꝫ cū ſint manētia nā. i. nāliter ſolū habēt hūc ſenſum. ſ. tactus. ℂ Notandū aūt ꝙ aīal dicit̄ eſſe aīal ꝑꝑ tactū: qꝛ ſufficit ad h̄ ꝙ ſit aīal ꝙ hēat ſenſum tact⁹. hn̄tia.n. hūc ſolū ſēſū ñ dn̄t eē viuētia tm̄: ſʒ dr̄ aīalia. ℂ Deīde cum dicit.

ℂ Sēſuū aūt tact⁹ p̄io ieſt oīb⁹: ſic̄ aūt vegetatiuum pōt ſeparari a tactu: ⁊ ab omni ſenſu: ſic ⁊ tactus ab alijs ſenſibus. Cō 17

ℂ Oñdit ſenſū tact⁹ ſepari ab alijs. d. ꝙ d̄ nūero ſēſuū ille ꝑius q̄ p̄ ieſt oīb⁹ aīalib⁹ ē tact⁹: qꝛ ſic̄ vegetatiuū pt ſepari a tactu: ⁊ ab oī ſenſu. ſic ⁊ tact⁹ ab alijs ſenſib⁹ ſepari pt. ſilr̄ ē.n. de vegetatiuo reſpcū oīuʒ alioꝝ: ⁊ d̄ tactu reſpcū oīuʒ ſenſuū. ℂ Nōn͞m āt ſic eē recolligēda ṽba phi ꝙ ſic̄ vegetatiuū reꝑuat̄ ī oīb⁹ alijs: ⁊ alia ñ pn̄t ſepari ab ipo: ſic̄ ſenſus tact⁹ reꝑuat̄ in oī aīali: ⁊ alij ſenſus nō pn̄t ſepari ab eo: oʒ ꝙ ſic̄ aīa q̄ ē pn͞m tāgēdi ē pn͞m ſentiēdi ꝑʒ oēs alios ſenſus ſic ēt oʒ ꝙ aīa ſic eſt pn͞m viuēdi ſic ſit pn͞m oīuʒ alioꝝ vt ſit pn͞m ſentiēdi itelligēdi: ⁊ ꝑm locū mouēdi. ℂ Deīn cū dic.

ℂ Uegetatiuū autē dicim⁹ ptē huiuſmodi aīe qua ⁊ vegetabilia ꝑticipāt: aīalia autē oīa vr̄ tāgēdi ſenſum hn̄ia. ℂ Propter quā aūt cāʒ vtrūqʒ horū ꝗ accidit poſteri⁹ dicem⁹: nūc aūt in tm̄ dictum ſit ſolū: ꝙ eſt aīa horum q̄ dicta ſunt pricipiū: ⁊ his determiata eſt vegetatiuo Cō. 18.

ſenſitiuo: intellectiuo: ⁊ motiu.
Cōcludit ex dictis aīaȝ eē p̄n^m oīuȝ iſtoꝝ. d. ꝙ vegetati-
uāȝ āt dicim⁹ ptē potētialē ſiue potētiā hꝰ aīe q̄ vegetati-
ua pticipāt ⁊ ſup. potētiaȝ tactiuā eē dicim⁹ ꝑ quā oīa aīa-
lia vnr eē hn̄tia tāgēdi ſenſū. ȝ pp quā eāȝ vtrūqȝ hoꝝ ac-
cidit ꝙ potētia vegetatiua ieſt oīb⁹ viuētib⁹: ⁊ pōt ſepari
ab alijs ⁊ nō eꝰ. ⁊ potētia tactiua ieſt oīb⁹ aīalib⁹ ⁊ pōt ſe-
pari ab alijs ſenſib⁹. ⁊ ñ eꝰ. q̄re. ſ. ħ ꝯtigat dicem⁹ poſteri⁹
circa finē tertij h⁹. nūc āt ſolū intm̄ dcm̄ ſit ꝙ aīa eſt p̄n^m
oīuȝ hoꝝ q̄ dicta ſunt: ⁊ ē p̄n^m vegetādi ſentiēdi ⁊ itelligē-
di ⁊ ſm̄ locū mouēdi: ⁊ hꝰ aīa ē determiata. i. diſticta his
i. ī reb⁹ aīatī vegetatiō ſēſitiuo itellectiuo ⁊ motiuo ſȝ lo-
cū. Nōn^m āt ꝙ ait aīaȝ ī reb⁹ aīatis eē diſtictā ꝑ ħ 4^{or}:
q̄ aīata repiūt ī q̄druplici gradu vt ſupi⁹ diffuſi⁹ dixim⁹.

Cō.19. Utrū aūt vnūqdqȝ hoꝝ ſiē aīa: aut ps
aie: ⁊ ſi pars: vtrū qdē ſicut ſit ſepabi-
lis rōne ſolū: aut in loco.
Poſtq̄ pħus diē aīam diſtigui ꝑ has potē-
tias. vȝ. ꝑ vegetatiuū ſenſitiuū itlr̄uū ⁊ ſȝ locū motiuū ⁊
oñdit eā eē p̄n^m viuēdi ſentiēdi itelligēdi ⁊ ſm̄ locū mouē-
di. nūc ī pte iſta igrit qūo potētie he ꝯpāt ad aīaȝ. circa qd
duo fac: q̄ p̄ circa ħ mouet qōes q̄ſdā. 2° exeqt̄ d qōnib⁹
illis. ibi (De qbuſdā āt hoꝝ) dicit ḡ ꝙ q̄ri pōt vtꝝ āt vnū-
qdqȝ hoꝝ. i. vnaq̄qȝ haꝝ potētiaꝝ ē aīa aut ē ps potential'
oīe ⁊ ſi ē ps. vtꝝ ſic ſit ps vt vna haꝝ potētiaꝝ ſit ſepabil'
ob alia rōne ſolū. i. diffōne aut ſit ſeparabilis loco. i. ſubo.
Nōn^m āt ꝙ ꝓpetates ⁊ accūtia qdā ſunt diſticta ab in-
uicē rōne ⁊ diffōne ⁊ eēntialr̄: nō tn̄ ſubo ⁊ loco vt ſi in eo-
deȝ pomo ⁊ in eadē pte. ⁊ in eodē loco vel ſubo eēnt color
⁊ ſapor: ad huc iſta duo differūt eſſentialiter: ſed nō diffe-
runt ſubiecto ⁊ loco. Deinde cum dicit.

De qbuſdā aūt horuȝ nō eſt difficile videre:
quedam autem dubitationem habent.
Exeqt̄ de qōnib⁹ p̄dictis. Ad cui⁹ euidentiā ſciēdū ꝙ
ſoluta qōne 2^a ſoluit̄ p̄^a. nā ſi bn̄ ſciuerim⁹ qūo diſtiguūt̄
⁊ qūo ſepant̄ abiuicē vegetatiuū ſenſitiuū ⁊ cetera talia:
appebit vtꝝ qōlȝ coꝝ ſit aīa vel ps aie. nā cū ī eodē ñ ꝯti-
gat ſil' eē ptes aīas niſi vbi pl'a d iſtis ſil' ſunt: nō erit qōlȝ
coꝝ aīa: ſȝ ps aie. tota ḡ difficultas ē qūo hꝰ ptes potētia-
les aie ſint ſil' ⁊ qūo diſtiguūt̄. duo ḡ facit: q̄ p̄ oñdit qūo
ſunt ſil'. 2° qūo diſtiguunt̄ ibi (Rōne aūt ꝙ altere) circa
p̄^m duo facit: q̄ p̄ ꝯtinuat ſe ad dicēda. 2° exeqt̄ de itēto ibi
(Sicut. n. in plātis) dicit ḡ ꝙ de qbuſdā āt hoꝝ. i. haꝝ po-
tētiaꝝ nō eſt difficile videre qūo ſunt ſil' ⁊ qūo diſtiguūt̄
q̄dā āt dubitatōeȝ hn̄t. nā in vegetabilib⁹ ⁊ ſenſibilib⁹: eo
ꝙ talia magis nobis ſūt nota nō ē difficile videre qūo ta-
lia ſe hn̄t: ſȝ dubiū ē de rōne ⁊ itllu. Deide cū diē.

Cō.20 Sic. n. in plātis q̄dā. diuiſa vident̄: ⁊ viuētia
ſepata abiuicē tanq̄ exiñte in his aīa: actu qdeȝ
vna in vnaquaqȝ plāta: potētia aūt plib⁹.
Exeqt̄ de itēto. circa qd tria facit: q̄ p̄ oñdit facile eē ħ
videre in vegetabilib⁹ ⁊ plātis. 2° declarat ħ ēt eē facile ī
ſenſibilib⁹ vel in aīalib⁹. 3° ait difficultatē hr̄e circa itelle-
ctū ⁊ ꝑſpectiuā potentiā. 2° ibi (Sic videmus) 3° ibi (De
itllu aūt) dicit ḡ facile eē ħ videre ī aliqb⁹ ſicut appet in
plātis ⁊ in vegetabilibus. q̄dā. n. vegetabilia diuiſa ⁊ ſepa-
ta abiuicē vident̄ ⁊ viuētia eē tāq̄ exñte in his vna qdeȝ
oīa actu. in vtraqȝ plāta. i. in vtraqȝ pte plātaꝝ plibus aūt
in potētia. Nōn^m aūt potentias aie vegetatiue eē aug-
mentatiuū nutritiuū ⁊ gnātiuū: q̄re ſi planta diuiſa in q̄li-
bet pte ei⁹ ħ oīa reſeruari pn̄t: pȝ hꝰ potētias in plātis nō
eſſe diuiſas loco ⁊ ſubo: ita ꝙ in vna pte plāte ſit nutrimē-
tuȝ: in alia v̄o augmētatiuū: imo ps q̄libȝ nutrit̄ ⁊ augmē-
ta. Nōn^m ꝙ cū aīa plāte extēdat ſȝ extenſionē ei⁹: q̄

forma mālis extēndit̄ extēſiōe māe: q̄diu plāta ē ꝯtinua
tādiu eſt vna aīa ī tota plāta: ſȝ diuiſa plāta ptes plātarū
pn̄t iteꝝ radicari ī terra ⁊ viuere. ⁊ in q̄libȝ eaꝝ reſeruabi-
tur aīa: q̄re aīa in plāta ē vna in actu: ſȝ ſūt mlte ī potētia:
q̄ ꝑ diuiſionē pluriſicari pn̄t. Deinde cum dicit.

Sic videmus ⁊ circa alias dn̄tias aie accide-
re: vt ī Enthomis decīſis: ⁊. n. ſenſum vtraqȝ
ptiū hȝ ⁊ motū ſȝ locū: ſi āt ſenſuȝ ⁊ phātaſiā ⁊
appetitū: vbi qdē. n. ſenſus eſt: ⁊ triſtitia ⁊ leti-
tia ē: vbi āt hec ſunt ex necītate deſideriuȝ ē.
Oñdit ħ eē facile videre ī ſenſibilib⁹. d. ꝙ ſic videmus
accidere. ⁊ circa alias dn̄ias aie vt ī enthomis dcīſis. i. vt ī
aīalib⁹ q̄ deciſa viuūt cuiuſmōi ſūt aīalia ānuloſa. ⁊. n. ī ta-
lib⁹ vtraqȝ ptiū deciſaꝝ hȝ ſenſū ⁊ motū ſm̄ locū. ſi āt ſen-
ſuȝ hn̄t ⁊ fātaſiā ⁊ hn̄t appetitū: q̄ vbi ē ſenſus ibi ē triſti-
tia. i. dolor ⁊ letitia. vbi āt ħ ſūt ex necītate ⁊ dſideriū ē. i.
appetit⁹. ḡ ſicē ī plācis potētie vegetabiles ñ ſūt diuiſe loco
⁊ ſubo ſic ⁊ ī aīalib⁹ ſenſitiuū extimatiuū appetitiuū ⁊ ſȝ
locū motiuū nō ſūt diuiſa loco ⁊ ſubo: q̄ deciſo aīali ī q̄lȝ
pte ei⁹ hec oīa reſeruari pn̄t.

Dubitaret forte aliqs: vtꝝ ħ ſit veꝝ ꝙ dciſo aīa-
li ī q̄lȝ pte ei⁹ reſeruari poſſit extimatio vel fantaſia. ⁊ vr̄
ꝙ nō: q̄ hꝰ v̄tutes vt ait ꝯmentator ſup. 3^m h⁹ hn̄t eſſe in
capite: q̄r determinant ſibi ſpāle organū: nō ḡ reſeruāt̄ in q̄lȝ
pte corpis. Dōm ꝙ vt ait ꝯmēta. duplex ē fantaſia. q̄dā
determiata ⁊ ꝑfecta: ⁊ q̄dā q̄ſi indetermiata ⁊ ipfecta. dter-
miata āt ⁊ ꝑfecta dr̄ illa q̄ū abſentib⁹ ſenſibilib⁹ pn̄t adeē
fantaſie ⁊ imagiatōes. vn̄ ꝯmētator ait ꝙ ī eis q̄ ſt ꝑfecta
iueniūt̄ talia ī abſētia ſenſatoꝝ. q̄dā āt ē imagiatio ⁊ fan-
taſia ipfecta vt illa q̄ ſp ē ꝯiūcta ſenſui ⁊ nihil imagiat̄ ni-
ſi ſit aliqd actu mouēs ſenſū. p̄^a imagiatio pp ſui ꝑfectōeȝ
determiat ſibi ſpāle organū. 2^a v̄o ſeqt̄ oēȝ ptē ſēſibilē: ⁊ hȝ
eſſe in q̄cūqȝ pte ſit ſenſus. nā cū ptes ſenſibiles dolcāt ſi
ꝯiūgant̄ alicui pūgitiuo vel alicui diſcōuenīēti: ⁊ delectēt̄
ſi ꝯiūgāt̄ ꝯuenīēti: oȝ ſȝ hūc motū fcm̄ a ſenſu aīal imagi-
nari fugā cū dolet ad pn̄tiā ſenſibil' triſtabilis: vel imagia-
ri ꝓſecutōeȝ cū delectat̄ ad pn̄tiā ſenſibil'. ⁊ ꝑ ħ pȝ ſolō ad
obm̄: q̄ aliq̄ fantaſia determiat ſibi organū: aliq̄ v̄o nō.

Alterius forte dubitaret aliqs: q̄ vr̄ velle ꝙ ſȝ lo-
cū motiuū nō ſepet̄ a ſenſitiuo: ꝯriū aūt
h⁹ oñdebat̄ ſupra. dicebat̄. n. ꝙ aīalib⁹ ipfectis ſenſitiuis
ierat ſenſitiuū qb⁹ nō ierat ſȝ locū motiuū. Dōȝ ꝙ du-
plex eſt mot⁹ ſȝ locū vn⁹ ꝓgreſſiuus. ⁊ ħ nō ꝯpetit aīalib⁹
oīb⁹. ali⁹ v̄o dilatatōis ⁊ ꝯſtrictōis: ⁊ ħ ꝯpetit aīalib⁹ q̄tū-
cūqȝ ipfectis. nā aīalia exq̄ ſentiūt euȝ pūgunt̄ ⁊ ſentiunt
triſtabile retrahūt ſe: ⁊ mouent̄ motu ꝯſtrictiōis: cum v̄o
ſentiūt dlectabile ampliāt ſe ⁊ mouent̄ motu dilatatōis.
hec ḡ q̄tuor ſunt iſepabilia loco ⁊ ſubo. vȝ. ſenſus imagia-
tio ipfecta appetit⁹ ⁊ mot⁹ ſm̄ locū. nā aīalia ſtatiȝ cū ſen-
tiūt doloreȝ vel delectatōeȝ imaginant̄ ⁊ appetūt fugere
dolorē ⁊ ꝓſeq dlectatōeȝ. ⁊ ꝑ ꝯñs mouēt̄ aliq̄ motu ad ꝓ-
ſeq̄ndū dlectabile ⁊ ad fugiēdū nociuū. Deide cū diē.

De itellectu autem ⁊ ꝑſpectiua potētia nihil Cō.21.
adhuc manifeſtū ē: ſȝ videt̄ gen⁹ alterū aie eē:
⁊ hoc ſolū ꝯtigere ſepari: ſicut ꝑpetuū a corru-
ptibili. Relique aūt ptes aie manifeſtū eſt Cō.22
ex his ꝙ nō ſeparabiles: ſicut qdā dicunt.
Ait dubiū eſſe de itllu qūo ſe habeat ad potētias alias.
dicit ḡ ꝙ de itllu ⁊ ꝑſpectiua potētia nihil ē plene adhuc
manifeſtū qūo ſe hēat ad potētias alias: ſȝ vr̄ ħ eſſe alte-
rū gen⁹ potētiaꝝ. ⁊ ħ ſolū gen⁹ potētiaꝝ ſiue hᵉ ſola potē-
tia vr̄ ꝯtigere ſepari ab alijs. i. a vegetatiuo ⁊ ſenſitiuo ſicut
ꝑpetuū a corruptibili: reliq̄ aūt ptes potētiales aie mani-
feſtuȝ ē ex his q̄ dicta ſūt ꝙ nō ſunt ſic ſepabiles ſiē dicūt

qdā.i.ſicut dixerūt platonici.plato.n.volebat ꝙ ꝯcupiſcibilis eēt ī corde nutritiua ī epate:ſ; vt pꝫ ex dictis appetitus ⁊ ꝯcupiſcibilis ſeq̄t oēm ꝑtē ſenſibilē ⁊ nō epar tātū: q: vbicūq; ē ſenſus ibi ē fantaſia:⁊ appetit⁹.¶ Nōnͫ aūt ꝙ ītellect⁹ eſt alteꝝ gen⁹ potētiaꝝ aīe: q: ē potētia nō organica:ꝑꝑ qḋ ſola ipa ē ſeꝑata accipiēdo ſeꝑatōeꝫ ꝓut aliqd nō ē organo affixū ⁊ ꝯiunctū.cetere aūt potētie ſenſibiles:q: ſunt ꝑfectiores orgāoꝝ nō ſunt ſeꝑabiles vt opinabatur plato:nec etiā ſunt ſic ſeꝑabiles ꝙ poſſint eē abſq; organo corporali.¶ Deinde cum dicit.

¶ Rōne āt ꝙ altere manifeſtū ē. ſenſitiuo: n. eē ⁊ opinatiuo alteꝝ.ſi qdē ⁊ ſentire ab ipo ⁊ opinari.ſil'r aūt ⁊ alioꝝ vnūqḋq; q̄ dicta ſunt.

¶ Oſtēdit q̄ūo he potētie ſunt diſticte.circa qḋ duo facit. q: p̄ oñdit q̄ūo ſunt diſticte rōne.2° q̄ūo diſtiguūt ſubo ⁊ loco ibi.(Qḋ aūt qbuſdā) dicē ḡ ꝙ rōne āt he potētie ſint altere ⁊ diſticte manifeſtū ē.nā ſenſitiuo ⁊ opinatiuo ē alteꝝ eē.i.altera diffō ⁊ altera rō.ſi qdē ſentire ſit alteꝝ ab ipo opinari.ſil'r ⁊ vnūqḋq; alioꝝ q̄ dicta ſunt.i.vnaqueq; aliaꝝ potētiaꝝ de qb⁹ diximus differt ab alia ſup.ſi actus ei⁹ differt ab actu alteri⁹.¶ Nōnͫ āt ꝙ potētie diſtiguūtur ꝑ act⁹ ſicē act⁹ ꝑ obā:q̄re ſi ſentire ⁊ opiari. ⁊ alij actus aliaꝝ potētiaꝝ differūt abiuicē opꝫ ſenſitiuū ⁊ opinatiuū ⁊ potētias alias abinicē differre.¶ Nōnͫ ēt ꝙ he potentie q̄tūcūq; fundent̄ in eodē organo ⁊ in eodē ſubo differunt tñ eēntial'r ⁊ formaliter:cū ḡ ratio ⁊ diffinitio ſumatur a forma: nō dicunt̄ he potentie loco ⁊ ſubo diſtingui: ſed diffōne ⁊ ratione.¶ Deinde cum dicit.

Cō. 23. ¶ Quod aūt qbuſdā aīaliū omnia inſunt hec: qbuſdā vō quedā hoꝝ:alteris aūt vnū ſolum. Hoc aūt facit differentiā aīaliū: ꝓpter quā aūt cauſaꝫ ſit factū in poſterius intēdendū eſt. Similiter aūt ⁊ circa ſenſus accidit:alia quidē habent oēs:alia vero quoſdā: quedam vero vnū maxime neceſſarium factum.

¶ Oſtēdit q̄ūo he potētie differunt ſubo ⁊ loco.d.ꝙ aūt qbuſdā aīaliū īſunt oīa h̄.i.oēs hꝰ potētie: qbuſdā vō īſunt q̄dā hoꝝ.i.aliq̄ haꝝ potētiaꝝ.alteris aūt ineſt vnū ſolū:⁊ ſubdit ꝙ h̄ eſt qḋ facit dr̄iaꝫ aīaliū:⁊ ēt ſupplēdū eſt ꝙ h̄ eſt qḋ facit dr̄iam iter oīa aīata ⁊ iter hꝰ potētias.nā ſm ꝙ aliq̄ aīatoꝝ vel aliq̄ aīaliuꝫ hn̄t pl'es vel pauciores de hꝰ potētijs ſic ſunt magis vel min⁹ ꝑfecta:ſ; ꝑꝑ quā cām hoc ſit ꝑfectū ꝙ he potētie ſic diſtinguūt̄ ⁊ loco ⁊ ſubo:q: aliq̄ reꝑiunt̄ in vno ſubo ⁊ ī vno aīato q̄ nō reꝑiunt̄ in alio poſteri⁹ ē intēdendū:q: circa finē libri h⁹ dicet̄:addit aūt ꝙ id qḋ accidit circa oēs hꝰ potētias:ſil'r aūt accidit ⁊ circa ſenſus:q: alia qdeꝫ aīalia hn̄t oēs ſenſus.alia vō habēt quoſdā.i.aliquos:ſ; q̄dā aīalia hn̄t vnū ſolū maxie nec̄iū, vt tactū.¶ Nōnͫ ēt ꝙ hr̄e pl'es vel pauciores ḋ potētijs aſſignatis facit dr̄iam in ipis aīalib⁹ ⁊ vl'r in oīb⁹ aīatis ⁊ ēt in ipſis potētijs.nam ſm ꝙ aliq̄ aīaliū vel aliq̄ aīatoꝝ hn̄t pl'es vel pauciores de illis potētijs.ſic ſunt magis vel min⁹ ꝑfecta.vñ plāta q̄ hꝫ vnū ſolū.vt vegetatiuū imꝑfectior ē oīb⁹.¶ Rurſus h̄ facit dr̄iaꝫ in ipis potētijs:q: ſi aliq̄ potētiaꝝ reꝑiunt̄ in aliq̄ aīato ⁊ aliq̄ in alio ꝯtigit potentias illas differre nō ſolū rōne ⁊ diffinitione: ſed etiaꝫ loco ⁊ ſubiecto.

Dubitaret forte aliqs:vtꝝ potētie aīe differāt rōne solū:vel ēt loco ⁊ ſubo.¶ Dōꝫ ꝙ haꝝ potētiaꝝ q̄dam ſunt ꝑticulares vt viſus audit⁹ guſt⁹ ⁊ odoratus.q̄daꝫ vō ſunt q̄ſi vl'es diffuſe ꝑ totū corpus vt vegetatiuū tactiuū imagiatiuū appetitiuū ⁊ ſm locū motiuū.ſi ḡ ſit qḋ nō de potētijs diffuſis ꝑ totū corp⁹:ſ; de determinātib⁹ ſibi ſpāle organū planū ē tales potētias nō ſolū differre rōne:ſed ēt loco ⁊ ſubo vt viſus ſic ē in oculo ꝙ nō in lingua:⁊ guſt⁹ ſic ī ligua ꝙ nō in oculo:ſ; ſi loq̄mur ḋ potētijs diffuſis ꝑ totū corp⁹.ſic dicūt qdā ꝙ ī diuerſis diſtiguūt̄ loco ⁊ ſubiecto:ſ; nō in eodē vt vegetatiuuꝫ diſtiguit̄ a ſenſitiuo in diuerſis:eo ꝙ ſenſitiuū reꝑit̄ in aīali.vegetatiuū vō reꝑitur ī plāta in q̄ nō reꝑit̄ aliqs ſenſus.dr̄e tñ poſſumus ꝙ q̄ diſtiguūt̄ ī diuerſis aīatis loco ⁊ ſubo diſtiguunt̄ ēt ī eodē aīali.nā ſicē vegetatiuū ⁊ augmētatiuū reꝑiunt̄ in plāta in q̄ nō reꝑit̄ ſenſus:ſic in eodē aīali reꝑiunt̄ aliq̄ ꝑtes q̄ viuūt ⁊ augmētant̄:⁊ tñ nō ſentiunt vt oſſa ⁊ aliq nerui.⁊ ēt caro ipa nō ē illud in q̄ tāq; in ſubo fundat̄ ſenſus tact⁹:ſ; eſt mediū ī tali ſenſu.vt ifra dicet̄: organū vō tact⁹ ē qdā nerui⁹ diffuſus ꝑ totū corp⁹ hn̄s in ſe multos ramuſculos. vt ḡ ſit ad vnū dr̄e q̄cūq; potētie diſtiguūt̄ loco ⁊ ſubo in diuerſis aīatis.diſtiguūt̄ etiā in eodē. Nā ſicut reꝑit̄ aīal qḋ nō videt nec audit:ſentit tñ ſm ſenſum tact⁹:ita reꝑit̄ aliq̄ ꝑs corꝑis in q̄ reſeruat̄ ſenſus tact⁹:vbi nec reſeruat̄ audit⁹ nec viſus.⁊ ſicē plāte viuūt.⁊ ñ ſentiūt:ſic ī eodē aīali q̄tūcūq; ꝑfecto īuenit̄ aliq̄ ꝑs corꝑis q̄ nutrit̄ ⁊ augmētat̄:⁊ tñ ñ ſentit.ſemꝑ.n. ⁊ in eodē ⁊ ī diuerſis p̄ora ſeꝑantur a poſteriorib⁹ nō ecō.vt ſicē in diuerſis aīatis reꝑit̄ vita ſine ſenſu.nō ſenſus ſine vita ſic ī eodē aīali reꝑiunt̄ ꝑtes q̄ viuūt ⁊ nō ſentiūt:nulle tñ ꝑtes ſūt q̄ ſentiāt ⁊ nō viuāt. ſm h̄ ḡ dr̄ia haꝝ potētiaꝝ ꝓut accipiēda eſt rōne solū vl' etiā loco ⁊ ſubo ineſtigari poterit ꝑ iā dicta.

Quoniā aūt quo viuimus ⁊ ſentimus duppliciter dr̄.ſicut quo ſcimus. dicimus aūt hoc qdē ſciam:illud aūt animā.vtroq;.n.hoꝝ dicimur ſcire. ſil'r ⁊ quo ſanamur:alteꝝ qdē ſanitas eſt: aliud āt parte quadā corꝑis:aut ⁊ toto.hoꝝ aūt ſciētia qdē: ⁊ ſanitas forma: ⁊ ſpēs quedā ⁊ ratio:vt actus ſuſceptiuoꝝ hic quidē ſciētifici:illa vero ſanabilis. videt̄.n.in patiente ⁊ diſpoſito actiuorum ineſſe actus. Cō. 24

¶ Poſtq; phs docuit ſumere ꝓpriā diffōneꝫ vniuſcuiuſq; aīe ſꝫ diuerſa oꝑa vite ⁊ ſꝫ diuerſas potētias: ⁊ ꝯparauit ipas potētias ad ipaꝫ aīaꝫ.in ꝑte iſta vult oñdere ꝙ ad ꝑfectā diffōnē aīe:oꝫ ꝙ diffōni ſpāli ſuꝑaddat̄ p̄dicta diffō cōis.¶ Ad cui⁹ euidētiā ſciēdū ꝙ vt ſupra tāgebat̄ diffōnes ſpāles dāde de aīa ſūt q̄tuor ſꝫ q̄tuor gradus aīatoꝝ vt aīa ē q̄ viuit̄ q̄tū ad plātas:q̄ ſentit̄ q̄tū ad aīalia iꝑfecta:q̄ fit mot⁹ ſm locū q̄tū ad ꝑfecta.⁊ 4ª diffō ſpālis ē ꝙ aīa eſt q̄ p̄ itelligit̄ q̄tū ad aīaꝫ hūanā:ſ; cū aīa ſit forma corꝑis.oꝫ in diffōne ei⁹ facere mētiōeꝫ de corꝑe.diffō ergo illa corꝑis.ſ.ꝙ aīa ē act⁹ corꝑis q̄ ſpālē mētiōeꝫ facit de corꝑe addenda ē iſtis diffōnib⁹ ſpālib⁹ vt ꝯpleti⁹ hēat̄ diffō aīe.¶ Diffiniēda ē ḡ ſic aīa:ꝙ eſt act⁹ corꝑis q̄ p̄ viuit̄ vel ē actus corꝑis q̄ p̄ ſentit̄.⁊ ſic cuilibet diffōni ſpāli ſuꝑaddēda ē illa diffō cōis. phs ḡ in oñdēdo ꝙ ī determinādo ḋ aīa oꝫ ſpālē mētōeꝫ facere de corꝑe ⁊ ī oñdēdo ꝙ diffōnib⁹ ſpālib⁹ ſuꝑaddēda ē diffō cōis q̄ facit ſpālē mentioneꝫ de corꝑe:tria facit:q: p̄ ꝓbat aīaꝫ eſſe actū ⁊ formā corꝑis.2° ex h̄ oñdit ꝙ in determinādo de aīa oꝫ ſpālem mētōeꝫ facere ḋ corꝑe.3° ex his q̄ dixerat ꝯcludit q̄l'r diffiniēda ſit aīa.2ª ibi.(Et ꝑꝑ h̄ hn̄.) 3ª ibi(Cū qdē igr̄)circa p̄ͫ duo facit ſꝫ ꝙ dupl'r ꝓbat ītentū.2ª ibi.(Tripl'r.n. dicta)in probādo aūt animaꝫ eſſe formā intendit talem rationem.viuimus ſentimus ⁊ ſanamur ⁊ vl'iter omnem actōeꝫ facim⁹ p̄ncipal'r ꝑ formā:ex ꝯñti ꝑ māꝫ:ſ; aīa eſt q̄ p̄mo viuimus ⁊ ſentimus: ⁊ alias actōes facimus.ḡ aīa ē forma ⁊ ñ mā.In hac āt rōne ſic ꝓcedit:q: p̄ ponit maio-

tem.2ᵒ minorē.3ᵒ ꝯnē.2ᵃ ibi(Anima āt hoc)3ᵃ ibi(Qua
re rō q̄dā)ponit ḡ ꝑ maiorē.vȝ.ꝙ agere ꝓncipalr̄ eſt a for
ma ⁊ ex ꝯūi a mā.dicens ꝙ qm̄ quo viuimus ⁊ quo ſenti
mus dr̄ duplr̄ ſicut ⁊ quo ſcimus.dicimus autē h̄ ꝑ qd̄ ſci
mus eē q̄dē ſciam illud aūt eſſe aiam. vtroq̄ȝ.n. hoꝝ tam
ſcia q̄ȝ aīa dicimur ſcire.ſilr̄ aūt ⁊ q̄ ſanamur eſt duplr̄:qꝛ
aliud q̄dē eſt ſanitas:aliud aūt ē quo dicimur ſanari:tāq̄ȝ
ꝑte q̄dā corporis aut tanq̄ȝ ⁊ toto corpore hoꝝ aūt q̄bᵒ ſa
namur ⁊ ſcimus ſcia q̄dē ⁊ ſanitas ſe hȝ ſicut forma ⁊ ſpe/
cies q̄dā:⁊ ſicē rō ⁊ vt actᵒ ſuſceptiuoꝝ a q̄bᵒ ſup.ꝑmo ⁊ ꝓn
cipaliter egredit̄ agere:⁊ ſubdit q̄uo ſciētia ⁊ ſanitas ſunt
actus ⁊ forma ſuſceptiuoꝝ.dicēs ꝙ hec q̄dē.ſ.ſcia eſt actᵒ
⁊ forma ſciētifici.i.aīe ſciētifice:illa v̄o.ſ.ſanitas ē actus ⁊
forma corꝑis ſanabilis. ex h̄ aūt vult hr̄e ꝙ oȝ ad ip̄ȝ age
re vt ad ip̄m ſcire vel ad ip̄m viuere aliq̄d coopari ſubm.
nā vt ſubdit.in patiēte.n.⁊ diſpoſito vident̄ actiuoꝝ ieſſe
actᵒ.nā ſemꝑ ꝓpria forma req̄rit ꝓpriā ⁊ diſpoſitā mā̄ȝ.

Dubitaret forte aliq̄s:q̄uo agere a forma ⁊ a ſub/
iecto:ſȝ ꝓncipalr̄ a forma vt ſcire ⁊ cō/
ſiderare ꝑ ſciam ē a ſcia ⁊ ab aīa:ſȝ ꝓncipalr̄ a ſcia ⁊ actus
ſanatōis ē a ſanitate q̄ eſt forma corꝑis ⁊ ēt ab ipſo corꝑe:
ſȝ ꝓncipaliᵒ eſt a ſanitate. ¶ Dōȝ ꝙ omne qd̄ agit:agit vt
eſt in actu:⁊ qꝛ ꝓncipalr̄ actᵒ dr̄ de forma.iō agere ꝓncipa/
liter eſt a forma:mā aūt ſi ē in actu hoc ē iquātū eſt ꝯiun/
cta forme:q̄re ſi mā eſt rō agēdi h̄ eſt ex ꝯūi iquātuȝ ē in
actu ꝑ formā. ꝙ aūt ipſa mā ſit aliq̄ mō rō agēdi pȝ:qꝛ eo
ip̄o ꝙ actus actiuoꝝ ſunt in patiente ⁊ diſpoſito: ⁊ eo ipſo
ꝙ ꝓpria forma nō hȝ eē niſi in ꝓpria materia:ſic materia
ꝓpa req̄rit vt ſit ſub ꝓpria forma: ſic oȝ ip̄aȝ materiā ſal/
teȝ ex ꝯūti eē rōnē ⁊ cām ⁊ oīs actᵒ ⁊ oīs actōis q̄ egredit̄
a forma.iō pħus in volēdo oūdere ꝙ agere ꝓncipalr̄ erat
a forma dixit ꝙ forma erat actᵒ ⁊ rō ſuſceptiui. volēdo āt
ꝓbare ꝙ ad ip̄ȝ agere aliq̄d faciebat materia ⁊ ſubm: di/
xit ꝙ actᵒ actiuoꝝ ſunt in patiēte ⁊ diſpoſito vel ꝙ idē ē:
oȝ ꝓpriā formā ieſſe ꝓpe materie. ¶ Deide cū dic̄.

¶ Anima autē hoc quo viuimus: ⁊ ſentimus:
⁊ mouemur: ⁊ itelligimus primo. Quare ra/
tio vtiq̄ȝ quedam erit ⁊ ſpecies:ſed non vt ma
teria ⁊ vt ſubiectum.

¶ Poſita maiori.vȝ.ꝙ agere ꝓncipalr̄ ⁊ ꝑ eſt a forma po/
nit minorē ⁊ infert ꝯnē dicēs ꝙ aīa aūt ē hoc q̄ ꝑmū ⁊ ꝓn/
cipaliter viuimus ſentimus mouemur ⁊ itelligimus. q̄re
erit vtiq̄ȝ ipſa aīa ſicē q̄dā rō ⁊ ſpēs ⁊ nō vt materia ⁊ ſubȝ.
¶ Nōnᵐ aūt ꝙ aīa eſt quo ꝑmo viuimus ſentimus ⁊ iīel
ligimus ⁊ mouemur:qꝛ viuere ꝓut noīat opa vite ⁊ etiaȝ
opa ſenſitiua ⁊ alia q̄cūq̄ȝ opa opat̄ aīa mediātibᵒ aliq̄bᵒ
potētijs: ita ꝙ aīa reſpectu illoꝝ opeꝝ ſe habȝ ſicut ꝓnci/
piū ꝓncipale ⁊ ꝑmum.potentie v̄o ſicut ꝓncipiū imediatū
⁊ ꝓximum. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.25 ¶ Triplicter.n.dicta ſuba ſicut diximus:qua/
rū hec q̄dē ſpēs:illud aūt materia: aliud aūt ex
vtriſq̄ȝ:hoꝝ aūt materia q̄dē potētia:ſpēs autē
actus: poſtea ex vtriſq̄ȝ aīatū nō corpᵒ eſt actᵒ
aīe:ſed ipſa corporis cuiuſdam.

¶ Adducit 2ᵃᵐ rōnē ꝙ aīa ſit actus ⁊ forma dicens ꝙ.ſi/
cut.n.diximus triplex ē dicta ſuba:quaꝝ h̄ q̄dē eſt ſpēs: il
lud v̄o materia:aliud aūt ē ex vtriſq̄ȝ ꝯpoſitū.hoꝝ āt tn̄ iū
materia ē q̄dē potētia ſpēs aūt ē actᵒ poſtea ex vtriſq̄ȝ eſt
ip̄ȝ aiatū.ḡ materia ⁊ corpᵒ ſunt ꝑtes aiati.oȝ ḡ alteꝝ hoꝝ
eſſe formā ⁊ actū alteriᵒ:ſȝ corpᵒ nō ē actᵒ aīe:ſȝ oȝ ꝙ ipſa
aīa ſit actᵒ ipſiᵒ corꝑis.aīa ḡ erit actᵒ ⁊ forma. ¶ Nōnduȝ
aūt ꝙ nūq̄ȝ ex duobus fit vere vnū niſi vnū illoꝝ ſe hēat
vt actus.aliud v̄o vt potentia:q̄re ſi ex aīa ⁊ corꝑe fit aīa/
tuȝ.oȝ vnū eē actū reſpcū alteriᵒ:ſȝ corpus nō ē actus aīe
erit ergo aīa actus eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ꝓp hoc bn̄ opinant̄ q̄bus videt̄:neq̄ȝ ſine Cō.26.
corꝑe eſſe:neq̄ȝ corpus aliqd̄ aīa . corpus q̄dē
enim nō eſt:corporis aūt aliquid eſt. Et ꝓpter
hoc in corpore huiuſmodi : ⁊ nō ſicut priores
ad corpus aptabāt ipſam: nihil diffinientes in
quo: ⁊ quali: ⁊ vere cuȝ nō videat̄ accipe qd̄li
bet ꝯtingēs. ſic aūt fit ⁊ ſcd̄m rōnē. Uniuſcu/
iuſq̄ȝ enim actus in potētia exiſtētis: ⁊ in ꝓpria
materia aptus natus eſt fieri.

¶ Oſtēſa aīaȝ eſſe actū ⁊ formā corꝑis.ait ex h̄ ꝙ in deter
minādo de aīa oȝ ſpālē mētōeȝ facere de corꝑe. ⁊ tūc con
cludēdū eſt ꝙ diffōni ſpāli ſupaddēda ē diffō cōis q̄ ſpā/
lem mētiōeȝ facit de corꝑe.dicit ḡ. ⁊ ꝓp h̄ ſup.ꝙ aīa ē actᵒ
⁊ forma corꝑis:bn̄ opinant̄ q̄bᵒ vr̄ neq̄ȝ aīaȝ eē ſine corꝑe:
neq̄ȝ eē aliqd̄ corpᵒ:corpus q̄dē.n.nō ē aīa:eſt tn̄ aīa aliq̄d
corꝑis:qꝛ ē forma ⁊ actus eius:⁊ ꝓp hoc aīa ē in corꝑe ⁊ in
corꝑe hꝯ.ſ.apto ⁊ diſpoſito. ⁊ iō nō ē adaptāda q̄cūq̄ȝ aīa
ad qd̄cūq̄ȝ corpᵒ:ſicē q̄dā ꝑores.i. q̄dā āti quoꝝ adaptabāt
ip̄aȝ aīaȝ ad qd̄cūq̄ȝ corpᵒ :nihil tn̄ diffiniētes ī q̄ ⁊ q̄li cor
pore oȝ eē aīaȝ:⁊ vere repħēſibiles erāt:cū nō videat̄ aīa
accipe idr̄nter qd̄libȝ corpᵒ ꝯtingēs.ſic aūt fit ⁊ ſ̄m rōneȝ
ſi ꝓpriū corpᵒ adaptet̄ ꝓpe aīe.nā actᵒ vniuſcuiuſq̄ȝ ī po/
tētia exñtis in materia diſpoſita ⁊ ꝓpria aptᵒ natus ē fie/
ri. ¶ Nōnᵐ aūt ꝙ forma vt forma ē ſemꝑ ē in materia.ꝙ
ſi ꝯtigat aīaȝ ſepari a corꝑe quādiu manet ſepata ñ ē for/
ma materie:qꝛ nō iformat ipſam materiā. ¶ Nōnᵐ ēt ꝙ
antiq̄ determinātes de aīa ⁊ nihil diffinientes de ſuſcepti
bili fuerūt pytagorici q̄ fabuloſe loq̄ntes dicebāt q̄ȝlibet
aiam igredi qd̄libet corpus. ¶ Deide cū dic̄.

¶ Qȝ quidē igit̄ actus eſt quidā ratio ponit̄ ha/
bentis eſſe huiuſmodi materiā ex his.

¶ Cōcludit ex dictis q̄liter diffiniēda ſit aīa.d. ꝙ q̄dē igit̄
aīa ē actus q̄dā ⁊ rō potētia vitā hn̄tis ⁊ eā eē hꝯ actū q̄.ſ.
ꝑmo viuit̄ ſentit̄ intelligit̄ ⁊ fit motᵒ ſ̄m locū manifeſtū
eſt ex his.i.ex dictis.ex habitis.n.in v̄bis phī accipiēda ē
diffō aīe ꝯplectēs tā diffōnem ꝓpriā q̄ȝ cōeȝ. ¶ Nōnduȝ
aūt ꝙ addēdo diffōnem aīe cōem diffinitiōi ſpāli fit vna
diffinitio que eſt tota demōſtratio poſitiōe differens. naȝ
diffinitio cōis vt oūdebat̄ ſupra: cōcludi habȝ ꝑ diffōneȝ
ſpālem .vn̄ ⁊ hunc modū tenuit pħus in lectōe ꝑſenti. nā
ꝑ hoc ꝙ anima eſt id quo ꝑmo viuimus ſentimus itelligi
mus ⁊ ſ̄m locū mouemur:ex q̄bus accipi pn̄ ſpāles diffō
nes aīe ꝯcluſit aiam eſſe ſpēm ⁊ actū corꝑis q̄ ē cōis diffō
ipſius:q̄re vt in ꝑcedētibus tāgebat̄:lectio ꝑſens dupliciter
ꝯtinuari pōt ad ꝑcedētia.ꝑ vt phs ꝑ diffōnes ſpāles ve/
lit ꝯcludere diffōnē cōem.nā ꝑ hoc ꝙ anima eſt quo ꝑmo
viuimus ⁊c̄.ꝯcludit̄ ꝙ ſit forma ⁊ actus corꝑis.nam diffi
nitio ſpālis ꝯcludere hȝ diffōnem cōem. 2ᵒ pōt introduci
hoc lr̄a. vt velit pħus ꝙ diffōni ſpāli ſuꝑ addēda ſit diffi/
nitio cōis:ſed he due ꝯtinuationes q̄ſi in idē tēdunt: qꝛ ſi
vna diffōnum ꝯcludit̄ ꝑ aliam:oȝ ad ꝑfectā diffōnem ha
bendā vtrāq̄ȝ diffōneȝ combinare . nā ille ꝑfecte diffinit
qui vnam diffinitioneȝ conflat ex duabᵒ diffōnibus.qua/
rū vna ē demōſtratōis ꝓncipiū.alia v̄o eſt demōſtratiōis
ꝯcluſio.poteſt etiā ⁊ 3ᵒ mō cōtinuari ſic: ꝙ phs in ꝓncipio
huius ſecūdi inueſtigabit diffōnem aīe cōem q̄ eſt demon
ſtratiōis ꝯclo.in lectōe āt heſterna ibi(qm̄ āt ex icertis)
inueſtigauit diffōnes anime ſpāles ⁊ ꝓprias que ſunt de/
monſtratōis ꝓncipiū:in lectiōe aūt ꝑſenti que incepit ibi:
qm̄ aūt quo ꝑmū viuimus.docet addere diffinitiōes ſpe/
ciales diffinitioni cōi.⁊ ꝑ ꝯn̄s inueſtigat diffōnem anime
que eſt tota demonſtratio pōne differens.

¶ Co. 27. **P**Otentiaꝝ aũt aïe q̄ dicte ſunt aliꝫ qͥ-dem inſunt oẽs: aliꝫ vͦo quedã haꝝ: qbuſdã vͦo vna ſola ¶ Potentias vͦo dicimus: vegetatiuũ: appetitiuũ: ſenſitiuũ: motiuũ ſm locũ: ⁊ intellectiuũ.

¶ Poſtq̃ phs poſuit diffõnẽ cõem omni aïe: ⁊ docuit ſm diuerſa opa vite. ⁊ ſꝫ diuerſas potẽtias accipe ꝓprias diffinitões cuiuſlibꝫ aïe. In pte iſta enũerat potẽtias ipſius aïe: ⁊ oñdit q̃uo ſe hñt hꝰ potẽtie adiuicẽ ex q̄ oñſione clarius appet q̃uo ſumẽda eſt diffõ aïe tam cõis q̃ ẽt ꝓpria. tria ḡ facit: qꝛ pͣ ait ꝙ nõ oẽs potẽtie inſunt oïbus aïatis ⁊ enumerat potẽtias ipſiꝰ aïe. 2ͦ oñdit q̃uo potentie ſe hñt adiuicẽ. 3ͦ ex his q̄ dixerat declarat q̃uo accipiẽda ẽ cõis diffõ aïe ⁊ q̃uo ꝓpria. 2ͣ ibi (Ineſt aũt plãtis) 3ͣ ibi (Manifeſtũ igiꝛ) Dicit ḡ ꝙ potẽtiaꝝ aũt aïe q̄ dicte ſunt aliꝫ qdẽ inſunt oẽs vt hominibꝰ: aliꝫ vͦo q̄dã haꝝ vt aïalibus aliꝫ: qbuſdã vͦo vna ſola vt plãtis. enumerat aũt hꝰ potẽtias. dicẽs potẽtias aũt dicimus vegetatiuũ ſenſitiuũ appetitiuũ ſm locũ motiuũ ⁊ itellectiuũ. ¶ Nõnͫ aũt necitatẽ hꝰ capl̃i ex hoc cõſurgere. nam cum ſupra dixit circa ipaꝫ aïaꝫ ſumẽdas eſſe q̄ttuor diffões ſpãles: quaꝝ pͥma competit plantis. 2ͣ animalibus impfectis. 3ͣ perfectis. 4ͣ hominibus. Dubitaret forte aliqs: cũ ſint quinqꝫ potentie aïe. ꝙ tales diffinitiones ſpãles deberẽt eſſe qnqꝫ. ḡ pͥncipalis intẽtio phi in hoc capl̃o eſt oñdere ꝙ appetitiuũ nõ ꝯſtituit diuerſuꝫ gradũ aïatoꝝ: ſꝫ alie diuerſuꝫ gradũ aïatoꝝ ꝯſtituũt: q̄re lꝫ ſint qnqꝫ potẽtie q̄ttuor tñ ſunt gradus aïatoꝝ: ⁊ ſm eos ſumunꝛ q̄ttuor diffões ſpãles. Ide eſt ꝙ poſt diſtictõeꝫ haꝝ potẽtiaꝝ ⁊ hoꝝ graduũ. declarat q̃uo ſumenda eſt diffõ aïe cõis ⁊ q̃uo ꝓpria. nã ⁊ ſi talia ſupius tacta ſunt: tñ p ea que hic tradenꝛ manifeſtiꝰ poterunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ineſt aũt plantis vegetatiuũ ſolũ: alteris aũt hoc ⁊ ſenſitiuũ. ſi aũt ſenſitiuũ ⁊ appetitiuũ: ⁊ appetitus quideꝫ enim deſiderium: ⁊ ira: ⁊ voluptas ſunt.

¶ Oñdit q̃uo hꝰ potẽtie ſe hñt adiuicẽ. circa qͦd duo facit: qꝛ pͥmo oñdit q̃uo ſe hẽant adiuicẽ vegetatiuũ ſenſitiuũ. 2ͦ q̃uo ſe hñt ad potẽtias alias. ſ. ſm locũ motiuũ ⁊ itellectiuũ. 2ͣ ibi (Quibuſdã aũt ad hͦ ineſt) Circa pͥmũ duo facit: qꝛ pͥmo facit qͦd dcm̃ eſt. 2ͦ qͦdã qͦd ſuppoſuerat manifeſtat ibi (Animalia aũt oïa) Dicit ḡ ꝙ ieſt aũt plãtis vegetatiuũ ſolũ. alteris aũt aïatis. vt aïalibus ineſt hꝰ potẽtia. ſ. vegetatiuũ ⁊ ſenſitiuũ. ſi aũt in eis ieſt ſenſitiuũ ineſt ⁊ appetitiuũ. he ḡ potẽtie ſic ſe hñt adiuicẽ: qꝛ vegetatiuũ põt ſepari a ſenſitiuo: ſꝫ ſenſitiuũ nõ ſepaꝛ ab appetitiuo. addit ãt qd appellat appetitiuũ dicẽs ꝙ appetitiuũ. qdẽ. n. ſunt ira deſideriũ ⁊ voluñtas. ¶ Nõnͫ aũt ꝙ appetitus duplex ẽ. itellectiuus vt voluñtas. ⁊ ſenſitiuꝰ. ⁊ hͦ diuidiꝛ in iraſcibilẽ ⁊ ꝯcupiſcibilẽ. oẽs ḡ appetitus ſunt tres. vꝫ. ꝯſideriũ ſiue ꝯcupiſcibilis. ira. i. iraſcibilis ⁊ voluñtas. alia aũt lr̃a hꝫ voluptas. ⁊ tũc totũ referẽdũ eſt ad appetitiuũ ſenſitiuũ: qꝛ deſideriuꝫ ira ⁊ voluptas vt noïant paſſiões nõ repiunꝛ niſi in appetitu ſenſitiuo. vtꝝ aũt repiaꝛ voluptas circa appetituꝫ intellectiuuꝫ: ⁊ quomodo habꝫ eſſe in tali appetitu nõ preſentis eſt ſpeculatõis.

¶ **Dubitaret** forte aliqs. vtꝝ plãtis iſit appetitus. ⁊ vr̃ ꝙ ſic. nã appetitus ẽ q̄daꝫ iclinatio ſeq̄ns formã. ſi ḡ plãtis ieſt forma q̄ eſt aïa. oꝫ ſm formaꝫ illã dare iclinatõeꝫ aliq̃ quã vocamus appetitum. ¶ Dicendũ ꝙ ſicut ẽ de motu: ita ſuo mõ ẽ de appetitu. ſicut ḡ videmus duplicẽ motũ. vnus q ẽ ad vnã dr̃ntiaꝫ põnis q eſt mediãte grauitate ⁊ leuitate: ⁊ hic ẽ p nãm alicuiꝰ elementi. aliꝰ vͦo eſt ad oẽm dr̃iaꝫ põnis: ⁊ hͦ eſt ab aïa. ſic duplex ẽ appetitus. vnus ſeq̄ns formã nãlem: ⁊ hic ẽ appetitus nãlis ſic dicimus ꝙ lapides ⁊ grauia appetũt eẽ deorſuꝫ. aliꝰ ẽ appetitꝰ ſeq̄ns formã apphẽſaꝫ. ⁊ hͦ dr̃ eẽ aïalis. plãtis ḡ ieſt appetitꝰ nãlis: nõ aïalis: qꝛ carẽt apphẽſiõe ⁊ cognitõe. ¶ Dicamus ḡ ꝙ ſic mixta inaïata hñt pfectiorẽ formã q̃ elta: tñ qꝛ p formã illã nõ ꝯpetit eis aliꝰ motus a motu eltoꝝ: ſꝫ mouenꝛ p nãꝫ elti pdñantis in ipſis. iõ nõ loquimur aliter de motu mixtoꝝ q̃ eltoꝝ: ſic ⁊ plante lꝫ habeant pfectiorẽ formã q̃ alia inaïata: tñ qꝛ ſm formã illam nõ hñt aliũ modũ appetẽdi q̃ alia inaïata: eo ꝙ cognitiõe carcãt ſic illa. iõ nõ aliter loq̄ndũ ẽ de appetitu plantaꝝ q̃ de appetitu inaïatoꝝ. dr̃ ḡ plante nõ hẽre appetitũ: nõ qꝛ nõ hẽant appetitũ nãlẽ: ſed qꝛ nõ hñt aliquã potẽtiã aïe appetitiuã ſupadditã appetitui nãli.

¶ **Alterius** forte dubitaret aliqs. vñ ſeqꝛ hͦ ꝯñtia ꝙ qbꝰ ieſt ſenſitiuũ ieſt ⁊ appetitiuũ. ¶ Dicẽdũ ꝙ appetitꝰ vt ſupra dicebaꝛ eſt quedã iclinatio ꝯñs formã. eo. n. ipo ꝙ alicui aliq̄ forma iprimiꝛ oꝫ ſm formã illã hr̃e aliquẽ ordinẽ ⁊ aliq̃ iclinatõeꝫ quã vocamus appetitũ. vt eo ipo ꝙ in grauibꝰ hꝫ eſſe forma grauis: ex forma illa iclinanꝛ ⁊ ordinanꝛ ad locũ deorſuꝫ ⁊ appetũt deorſuꝫ eẽ. ſi ḡ iclinatio ⁊ appetitꝰ ſic ſeqꝛ formã ꝓut in aliquibꝰ repiꝛ alius ⁊ alius modus receptõis forme: repiꝛ in ipſis alius ⁊ aliꝰ appetitus plãte. ḡ ⁊ vr̃ oïa inaïata: qꝛ nõ recipiũt formã niſi mãliter tantũ. nõ hñt niſi vnũ appetitum vt appetitũ nãlẽ ſeq̄ntẽ formã nãliter ipreſſam. aïalibus vͦo in qbꝰ repiꝛ cognitio ſenſitiua ꝯpetit duplex modus receptiõis forme. alterãꝛ. n. ſenſitiua mãliter ſic alia corpora nãlia. ⁊ ẽt alterãꝛ itẽtõaliter: eo ꝙ ſenſitiua ſunt. nã ſenſus ſuſceptiuus eſt itentõis ſenſibiliũ ⁊ ſuſcipit formã ſine mã. In aïalibꝰ ḡ repiꝛ duplex appetitꝰ ſm duplicem modũ receptiõis forme. ꝓut. n. recipiũt formã mãliter rõne q̄ ſunt corpora nãlia cõpetit eis appetitus nãlis: ſꝫ ꝓut ſuſcipiũt formã ſine mã ꝯpetit eis appetitꝰ ſenſitiuus q diuidiꝛ in irã ⁊ ꝯcupiſcẽtiã. hoïbꝰ vͦo qbꝰ p itellectũ ꝯpetit pcipere formã cõem vr̃ ineſt nõ ſolũ appetitus naturalis ⁊ ſenſitiuus: ſꝫ itellectiuus. ¶ Dicamus ḡ triplicẽ eſſe ſuſceptõeꝫ forme: qꝛ aliqñ ſuſcipiꝛ forma cũ mã ⁊ cũ ꝯditõibus materie: ⁊ ſic mutanꝛ inſenſibilia. aliqñ vͦo ſuſcipiꝛ forma ſine materia: qꝛ nõ ſuſcipiꝛ realiter: ſed intẽtionaliter: nõ tñ ſuſcipiꝛ ſine ꝯditõibus materie: qꝛ recipitur pticulariter ⁊ hͦ ⁊ nũc. ⁊ ſic mutanꝛ ſenſus. ſenſus. n. dr̃ ſuſcipe formã ſine mã: qꝛ nõ recipit eã realiter: ſꝫ itẽtiõaliter: ſuſcipit tñ eã cũ ꝯditõibꝰ materie: qꝛ recipit ipaꝫ pticulariter ⁊ hͦ ⁊ nũc. tertiꝰ modus receptõis forme ẽ cũ ſuſcipiꝛ penitus imãliter. ⁊ talis ẽ ſuſceptio intellectꝰ q recipit formã ſine mã ⁊ ſine ꝯditõibꝰ materie. plãtis ḡ ⁊ ceteris corpibꝰ inaïatis ꝯpetit ſolus vnus modus receptiõis forme. iõ hñt ſolũ vnũ appetitũ vt nãlẽ: ſꝫ ſenſibilibꝰ ꝯpetit duplex modus ſuſceptõis. iõ duplicẽ hñt appetitũ nãlẽ ⁊ ſenſitiuũ. in hoïbꝰ vͦo in qbꝰ triplex modus ſuſceptõis forme ẽ. ſ. vnus nãlis aliꝰ itentõalis ſenſibilis. tertiꝰ q ẽ penitus imãlis vt ꝓut ſuſcipit formas itelligibiles eſt triplex appetitꝰ. ſ. nãlis ſenſitiuꝰ ⁊ itellectiuꝰ: cũ ḡ q̄riꝛ. vñ ſeqꝛ hͦ ꝯñtia ꝙ hñtia ſenſitiuũ hñt ⁊ appetitiuũ: dici dꝫ ꝙ qꝛ habẽtibꝰ ſenſitiuũ cõpetit aliꝰ modus ſuſceptionis forme q̃ aliꝫ corpibꝰ nãlibus carentibꝰ ſenſu: opꝫ ꝙ aïalibus pter appetitũ nãlem ſeq̄ntẽ nãlem formã competat appetitꝰ ſenſitiuus. ſeq̄ns formã apphẽſaꝫ ſm ſenſuꝫ ex hͦ aũt pꝫ: q̄re plãtis ſm ꝙ aïate ſunt nõ dr̃ hr̃e appetituꝫ: qꝛ ex eo ꝙ plante hñt aïam nõ cõpetit eis aliqs modus ſuſceptionis forme q nõ cõpetat rebus inanimatis. oïno eni plãte imutanꝛ ſicut altera inanimata. iõ ſup appetitũ nãlẽ non hñt aliquẽ aliũ appetitũ. itaqꝫ cũ hͦ nõ loquiꝛ phus de appetitu naturali: ſꝫ de eo q eſt pars potẽtialis aïe dicimus. plantas nõ hr̃e appetitũ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Animalia aũt oĩa hñt vnũ ſenſuʒ tactus: cui aũt ſenſus ineſt: huic ⁊ letitia: ⁊ triſtitia: ⁊ dulce ⁊ triſte: quibus aũt ⁊ concupiſcentia: delectabilis enim appetitus hic.

¶ Quia dixerat ꝙ hñtia ſenſuʒ hñt ⁊ appetituʒ. iõ hic ꝓbat qð dixerat: ⁊ qꝛ oĩa hñtia ſenſuʒ hñt tactũ: ꝓbat ꝙ oĩbus qbꝰ ĩeſt ſenſus tactꝰ ĩeſt ⁊ appetitꝰ. põt aũt ſic formari rõ. qbuſcũqꝫ ĩeſt ſenſus ĩeſt tactꝰ. qbuſcũqꝫ ĩeſt tactꝰ ineſt appetitus. ğ oĩa hñtia ſenſuʒ hñt appetituʒ. ꝓbat ğ ꝙ hñtia tactũ hñt appetitũ: ⁊ qꝛ guſtꝰ eſt qdã tactꝰ. iõ duo facit: qꝛ p̃mo oñdit ꝙ hñtia tactũ hñt appetitũ. 2° ꝙ hñtia guſtũ hñt ⁊ appetitũ ibi (Sapor vero vt delectamentũ) circa primũ duo facit ſm ꝙ dupl'r ꝓbat itentũ. 2° ibi. (Adhuc alimẽtũ) dicit ğ ꝙ aĩalia oĩa saltẽ hñt vnũ ſenſuʒ vt tactuʒ. cui aũt ineſt ſenſus tactꝰ huic ⁊ letitia ⁊ triſtitia ⁊ dulce ⁊ triſte ĩeſſe põt. qbꝰ aũt hec ĩſunt ĩeſt ⁊ ꝯcupiſcẽtia. ⁊ ꝑ ꝯñs appetitꝰ: qꝛ hec. ſ. ꝯcupiſcẽtia eſt appetitꝰ rei delectabilis. ¶ Notãdum aũt ꝙ ſenſus tactꝰ ſi iũgat̃ cũ aliq̃ diſcõueniẽti vt ſi pungat̃ cũ acu dolet. ſi vero iũgat̃ cõueniẽti delectat̃: ⁊ qꝛ delectatio ⁊ dolor nõ põt eẽ ſine appetitu: cuicũqꝫ ĩeſt ſenſus tactꝰ ineſt appetitus: q̃re verũ eſt qð dicebat̃. vʒ. ꝙ cui ĩeſt ſenſus eſt appetitus cũ nulli inſit aliqs ſenſus niſi inſit ei ſenſus tactus. ¶ Deĩde cum dicit.

Cõ.28 ¶ Adhuc aũt alimẽti ſenſuʒ habẽt. tactus. n. alimenti ſenſus: ſiccis. n. ⁊ hũidis: ⁊ calidis ⁊ frigidis alunt̃ oĩa viuẽtia. horũ aũt ſenſus tactus: ſed aliorũ ſenſibiliũ ſcðm accidẽs: nihil. n. in alimẽtũ cõfert ſonitus: neqꝫ color: neqꝫ odoratꝰ: humor aũt vnũ aliqð eſt tãgibiliũ. Eſuries aũt ⁊ ſitis: cõcupiſcẽtia ⁊ eſuries: ꝙ calidi: ⁊ ſicci: ſitis aũt frigidi ⁊ humidi.

¶ Dñſo quō a ſono imutaˀ meᵐ oñdit quō imuteˀ auditꝰ. ¶ Ad cꝰ euīᵃᵐ ſciēdū ꝙ ſic in pupilla ē qđdā hūidū ꝯnāle ſibi: ſic ī aurib' ē qdā aer ꝯnāl' auditui. h ġ mō imutaˀ auditꝰ: qꝛ ſonꝰ imutat aerē exterioꝛeꝫ: q aer exterioꝛ imutatꝰ imutat ꝯnālē aerē. ⁊ fit auditꝰ. tria ġ fac. qꝛ p̄ oſtēdit quō imutaˀ auditus. 2º declarat q̄lis ſit aer imutatꝰ exterioꝛ. 3º manifeſtat q̄lis ſit aer ꝯnālis iterioꝛ q imutaˀ ab aere exterioꝛi moto. 2ª ibi. (Per ſe qdē igiˀ.) 3ª ibi. (Hoc āt eſt in auribꝰ.) dic̄ ġ. ꝙ auditꝰ ꝯnālis ē aeri. nā ſic̄ pupilla: vt tāgebaˀ: ē ꝯnālis aq̄: ⁊ ē qđdā hūidū aqueū l pupilla: ſic̄ auditꝰ ꝯnālis ē aeri: vel qđ idē ē: nāl' organū auditꝰ hꝫ q̄ndā ꝯueniētiā cū aere ⁊ ī ipo organo hꝫ eē qdā ꝯnālis aer. ⁊ ſubdit ꝙ ꝑp id āt ꝙ ē ſonꝰ ī aere moto exterioꝛi qđ ē itra. i. aer cōnālis q ē itra aurē mouetˀ ab aere exterioꝛi moto: ꝑp qđ qdē manifeſte pꝫ: ꝙ non vbiqꝫ audit aīal: nꝫ vbiqꝫ penetrat aer: qꝛ ps mouēda a ſono. ⁊ ēt ipꝫ aīatū nō hꝫ vtiqꝫ talē aerē ſic̄ pupilla hūidū aqueū ſup. nō hꝫ niſi ī tali pte. i. ī ocl'o. ſic̄ ġ ñ vbiqꝫ videmꝰ: qꝛ nō ē vbiqꝫ pupilla ⁊ hūidū aqueuꝫ: ſic nō vbiqꝫ audimꝰ: qꝛ nō ē vbiqꝫ organū auditꝰ: nec habeimus vbiqꝫ ꝯnālē aerē. ¶ Deinde cū dicit.

Cō. 83. ¶ Per ſe qdeꝫ igiˀ iſonabilis aer: ꝑp id qđ facile ceſſibilis eſt. Cuꝫ vero ꝓhibetˀ diſfluere huiuſmodi motus ſonus eſt.

¶ Oñdit q̄lis ſit aer exterioꝛ motꝰ di. ꝙ aer exterioꝛ motꝰ eſt inſonabilis. ꝑp hoc ꝙ eſt ceſſibilis. i. facilis diuiſionis: vt habet littera ꝯmēti. ſꝫ cū ꝓhibeatur diſſoluere hꝰ motus ſonꝰ ē. ¶ Nōnᵐ āt ſonū fieri cū vnū corꝰ vberat aliud. corꝰ ġ vberās mouet ⁊ frāgit aerē corꝰ vo vberatū tꝫ aerē ⁊ ꝓhibꝫ ipꝫ ne ꝺ facili cedat: qđ cū ꝯtigit motꝰ aeris ſic fcūs ē qdā ſonꝰ. ¶ Nōnᵖ ēt ꝙ ex h pōt patere: q̄re vīga in aere abſqꝫ aº corꝑe fac̄ ſonū: qꝛ ſi hꝰ vīga velociter moueˀ ⁊ mltotiēs ſcindit aerē: q ꝑp ſciſſurā fcāꝫ fortiꝰ reiungiˀ ⁊ ꝯgregaˀ ⁊ rēſiſtit vīge: qđ faciēdo fac̄ ſonū.

Dubitaret forte aliqs: q̄re aer ſciſſus a vīga fortiꝰ ꝯgregaˀ ita vt poſſit reſiſtere vīge ⁊ facere ſonū. ¶ Dōꝫ ꝙ vt ſupꝛa tāgebaˀ nā nō patiˀ vacuūꝫ: q̄re cū vīga moueˀ ꝑ aerē ſcidit ipꝫ: ⁊ ne ſit vacuū ptes aeris ſciſſe iterū ꝯgregātur ⁊ replēt ſciſſurā illā. igr̄ ſi vīga moueˀ lēte: lēte attrahiˀ aer: ꝑp qđ nec ē ibi reſiſtentia: nꝫ ſonꝰ: ſꝫ cū vīga moueˀ velociter ptes aeris cū q̄dā velocitate trahūˀ ⁊ ꝯgregāˀ. ⁊ qꝛ ibi fit fortis attractio: oꝫ ibi fieri dēſitatē q̄ndā: ꝑp quā dēſitatē fiet q̄dā reſiª vīge dñuo mote ⁊ ġñabiˀ ibi ſonꝰ. aer ġ qꝛ de ſe facil'r cedit: de ſe ē inſonabilis: ſꝫ ſi ſonare dꝫ: oꝫ ꝙ aliqđ corpꝰ teneat ipꝫ: vt nō ꝑmittat eū ſic facil'r cedeˀ: vl' aꝫ ꝙ ipemet aer velociter ſciſſus velociter attrahaˀ ⁊ fortiꝰ ꝯdēſeˀ ita vt poſſit reſiſtere ⁊ ſonū faceˀ.

Alterius forte dubitaret aliqs. vtrū idē ſit ſonꝰ qđ motꝰ aeris. ⁊ vr̄ ꝙ ſic. ꝑ phꝫ dñtē: ꝙ cū ꝓhibeaˀ aer diſſolui hꝰ motꝰ ſonꝰ ē. ¶ In ꝯ̄riū ē: qꝛ ſic̄ ſe hñt he dr̄ie ad illas: ſic ſe hñt he res cꝰ ſūt he dr̄ie ad illa cꝰ ſūt he dr̄ie: ſꝫ dr̄ie ſoni nō ſūt dr̄ie motꝰ. ġ nec ſonꝰ ē idē qđ motꝰ. ꝙ aūt ſic ſit pꝫ. qꝛ dr̄ie ſoni ſꝫ acutū: ⁊ graue. dr̄ie vo motꝰ velox ⁊ tardū: ſꝫ vt iſta ī hac lectiōe diceˀ velox ñ ē idē qđ acutū ſꝫ cāˀ acutū ex velocitate motꝰ: ⁊ graue ñ ē idē qđ tādū: ſꝫ cāˀ graue ī ſono ex tāditate ī motu. itaqꝫ ſi dr̄ie ſoni ñ ſꝫ dr̄ie motꝰ: ſꝫ cānˀ ex illis: ſonꝰ nō erit motꝰ: ſꝫ cābiˀ ex ipſo. ¶ Dōm ꝙ motꝰ vt ſupꝛa patuit ē ſenſibile cōe: ſonꝰ āt ē ſēſibile ꝓpꝛiuꝫ. igiˀ qꝛ differūt ſenſibilia cōia a ꝓpꝛijs: oꝫ ſonū eē aliā rē a motu. dicemꝰ igiˀ ꝙ he ſenſibiles q̄litates cuiuſmōi ſūt ſonꝰ albedo nigredo calitas fritas ex motu cānˀ: dr̄ter tñ: qꝛ aliq̄ cānˀ ex motu ita ꝙ ceſſāte motu nō ceſſat forma. īmo nō ē ꝯpleta forª donec ceſſet motꝰ. nā in talibꝰ vīficaˀ qđ dˀ ī de ġñatiōe ꝙ hitibꝰ pūtibꝰ ī mā ceſſat motꝰ. hꝰ aūt ſūt q̄litates ſēſibiles alie a ſono. ſonꝰ qđ ſic īduciˀ ꝑ motū: ꝙ tñ ceſſāte motu ceſſat ſonꝰ: itaqꝫ ſic̄ ꝑ ſigillū forª īduciˀ ī cera amoto tñ ſigillo remāet figura illa: in aq̄ vo ſi apponereˀ ſigillū coaptaret ſe aq̄ figure ſigilli. amoto tñ ſigillo ꝑp fluxibl'itatē aq̄ ſtatī tollereˀ īpſſio a ſigillo fcā. ſic ceſſāte motu ceſſat ſonꝰ. dicamꝰ ġ ꝙ motꝰ ē cā ſoni: ⁊ ē cā aliarū ſenſibiliū q̄litatū: al'r tñ ⁊ al'r: qꝛ motꝰ cāt alias ſēſibiles q̄litates īq̄tū ille ſˀ teri motꝰ. ⁊ qꝛ adepto terio oꝫ vnā eē pteritā ⁊ ptrāſitā adeptis talibꝰ q̄litatibꝰ oꝫ ceſſare motū. Sonꝰ tñ ſic cāˀ a motu ꝙ motꝰ ē ſubm̄ ſoni. ⁊ qꝛ paºnō pt hr̄e eē ꝑmanēs ſi ſubm̄ hēat eē ſucceſſiuū: oꝫ ꝙ ſonꝰ ñ hēat eē ꝑmanēs: ſic̄ nec motꝰ. ⁊ ceſſāte motu oꝫ ceſſare ſonū. nō ē ġ ſonꝰ idē qđ motꝰ: ſꝫ fūdaˀ ī motu ⁊ cāˀ ab ipo. Qđ vo dicebaˀ ī ꝯ̄riū ꝑ phꝫ dicētē ꝙ ſonꝰ ē motꝰ. dici dꝫ ꝙ illa ꝑdicatio nō eſt formalis: ſed cālis. ſic ġ dˀ ſonus motꝰ. qꝛ cauſatur ab ipo ſicut ī de ſenſu ⁊ ſenſato dˀ odoꝛ fumalis euapoꝛatio: qꝛ cauſatur ex tali euapoꝛatiōe. ¶ Deīde cū dic̄.

¶ Hic aūt ē in auribꝰ edificatꝰ: cū hoc ꝙ imobilis eſt: q̄tenus certe ſentiat oēs dr̄tias motus.

¶ Propter hoc autē ⁊ ī aq̄ audimꝰ: qm̄ ñ igreditur ad ipꝫ ꝯnāle aerē. Sꝫ neqꝫ ī aurē ꝑp reflexiones ipſiꝰ. Cū āt hoc accidat: non audit. Neqꝫ ſi miringa: ſicut q̄ in pupilla pellis laborat.

¶ Dñſo q̄lis ſit aer exterioꝛ. qꝛ ē iſonabilis: oſtēdit q̄lis ſit aer iterioꝛ: qꝛ ē imobilis. hꝫ. n. aer iterioꝛ q̄ndā motū ꝓpꝛiuꝫ q̄ ſꝑ moueˀ. dˀ tñ eē imobilis q̄tuꝫ ad motꝰ exterioꝛes: qꝛ motꝰ ille quē hꝫ ē diſſīlis ab oībꝰ exterioꝛibꝰ motibꝰ. tria ġ fac. qꝛ p̄ oñdit quō aer ꝯnālis iterioꝛ ſit imobil'. 2º qđ dixerat māifeſtat ꝑ ſigᵐ. 3º mouet q̄dā qōnē circa ꝑtacta. 2ª ibi (Sꝫ ſignū.) 3ª ibi (Utrꝫ āt ſonet.) Dic̄ ġ. ꝙ h āt aer q ē in auribꝰ edificatꝰ cū h. i. ꝑp h ē imobilis. q̄tenꝰ certe ſentiat aēs dīas motus. i. oēs dr̄ias ſoni exterioꝛis. q̄diu ġ manet ille ꝯnāl' aer hñs motū ꝓpꝛiū extneū ab oī motu exterioꝛi: tādiu ſaluaˀ in nobis auditꝰ: ꝑp h aūt qꝛ ſic ē audimꝰ ī aq̄ qdā āt textꝰ hñt ñ audimꝰ ī aq̄: ſꝫ ē lr̄a falſa. audimꝰ ġ ī aq̄: qđ fit: qꝛ aq̄ ñ igrediˀ ad ipꝫ ꝯnāleꝫ aerē: ſꝫ nꝫ igrediˀ ī aurē ꝑp reflexiōes fcās ab aere ꝯnāli. ſꝫ cū h accidat ꝙ aq̄ igrediaˀ aīal nō audit: ſꝫ ꝑdit auditū: nꝫ ēt audiret ſi miringa. i. ſi pellis cerebꝛi: vt exponit ꝯmē. ſup. ōſtrueretˀ: ſic̄ hō nō videt ſi laboꝛet. i. ſi īfirmeˀ pellis q̄ ē in pupilla. ¶ Notādū āt ꝙ ſic̄ hō amitteret viſuꝫ ſi hūidū aqueū qđ ē ī aculo ꝑ īfirmitatē pellis pupille vel ꝑ aliquē aliū mōꝫ maculareˀ vl deſtrueretˀ: ſic hō ꝑderet auditū ſi aer q ē nāl'r edificatꝰ ī timpano auditꝰ ꝑ itroitū aq̄ ī aurē vl' ꝑ deſtructionē pellis cerebꝛi vel ꝑ aliquē aliū mōꝫ euaneſceret vel tollereˀ. ¶ Nōnᵐ ēt ꝙ ſic̄ organū tacꝰ nō ē denudatū ab oī q̄litate ſenſibili: ſꝫ ē denudatū a q̄litatibꝰ ſenſibilibꝰ q̄s ꝑcipit: ſic aer ꝯnālis iterioꝛ ñ ē denudatꝰ ab oī motu. ſꝫ a motibꝰ exterioꝛibꝰ. hꝫ. n. ſꝑ q̄ndā ſuū ꝓpꝛiū motū factū ꝑ tot reflexiōes auris ꝙ hoīe exñte ī aq̄ reflexiōes ille nō permittūt aquā īgredi ad aerem connālem, nec etiā ꝑmittūt

ipſam ingredi in aurem. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.84 **¶ Sed ſignū eſt audiēdi: aut nō ſonare ſemper aurē: ſicꝫ cornu. Semꝑ.n. quodā ꝓprio motu aer mouet̃ in auribꝰ: ſꝫ ſonus extraneꝰ: ⁊ ꝓprius eſt: ⁊ propter hoc dicūt audire vacuo ⁊ ſonāti: qꝛ audimus in hn̄te determinatū aerē.**

¶ Qꝛ dixerat aerē ꝯnālē eē diſtictū ab aere exteriori ⁊ hr̃e motū diſtictū a motibꝰ exterioribꝰ. ꝓbat h̃ ꝑ ſigᵐ di. ſigᵐ āt audiēdi ꝑ aerē ſic diſtictū ⁊ hn̄tē ſic diſtictū motū vl' ſignū ñ audiēdi ſine tali aere ſic moto ē ſonare aurē ſicꝫ cornu. nā ſꝑ aer i auribꝰ mouet̃ ꝓprio motu: ſꝫ ꝑcipimꝰ ꝑ hūc aerē ſonū qꝛ ſonꝰ ē motꝰ extneꝰ. ⁊ nō ꝓpriꝰ illi aeri. ⁊ ꝑꝑ h̃ qꝛ ſic ē dn̄t aliq nos audire vacuo. i. aere ſonāte: qꝛ audimꝰ organo vel timpāo hn̄te talē ꝯteriatū aerē. ¶ Nōnᵐ āt ꝙ ſi ꝯpōat̃ manꝰ ſup aurē aer q ē i aure hn̄s q̄ndā motū ꝓpriū ꝑꝑ manū appoſitā fac̃ m̄ltas reflexiōes ⁊ multas repcuſſiōes ꝑꝑ q̄s vr̃ ſonare auris ſicꝫ cornu. iſte ḡ ſonitꝰ dꝫ eē nobis ſignū ꝙ in auribꝰ ē q̄dā aer diſtictus ab aere exteriori hn̄s motū diſtinctū ab exterioribꝰ motibus.

**Dubitaret** fōte aliqs. vtꝝ ſonꝰ hēat eē i meꝰ realr̃. ¶ Dōꝫ ꝙ de ſono ſic ꝯſueuit diſtigui: qꝛ ſonꝰ i aliq̄ ꝑte aeris ē realr̃ tm̄. i aliq̄ vō itētiōalr̃ tm̄. i aliq̄ q̄dē itētiōalr̃ ⁊ realr̃: vt cū duo corꝑa ſe adĩicē collidūt ille aer ꝑ colliſiue hꝫ in ſe ſonū realr̃ tm̄. ſꝫ qꝛ ab illo aere ꝑ colliſo ⁊ moto mouet̃ alia ꝑs aeris: in illa ꝑte aeris duplr̃ erit ſonꝰ. vꝫ. realr̃ iq̄tū mouet̃ ab aere ꝑꝰs moto ⁊ itētiōaliter: qꝛ a ſono exn̄te realr̃ i aere ꝑꝰs fracto m̄ltiplicat̃ itētionalr̃ i aere 2º moto. vexꝫ qꝛ iſte motꝰ defic̃ qn̄ ꝑuētū erit ad ꝑtē illā aeris circa quā ñ vlteriꝰ ſe ꝑtēdit motꝰ: ē ibi ſonꝰ itētōalr̃: ñ realr̃. ¶ Sꝫ h̃ calūniā patit̃. qꝛ q̄ rōe a ſono exiſtēte realr̃ i aere ꝑꝰ fracto m̄ltiplicat̃ itētionalr̃ in aere 2º moto pari rōne ab aere 2º moto m̄ltiplicat̃ ſonꝰ itētionalr̃ in aere ꝑꝰs fracto. nō ē.n. itelligibile ꝙ aliqđ corꝰ ſuſceptiuū itētiōis ſit inx̃ corꝰ hn̄s illđ realr̃: vel ēt hn̄s illđ ꝫ itentionē fortē: qn fiat ibi m̄ltiplicatio ꝫ itētionē illā. q̄re ſi in aere 2º moto ē ſonꝰ realr̃: ⁊ ēt ē ibi ꝫ itentiōeꝫ fortē. cū aer ꝑꝰ fractꝰ ſit ꝯtinuꝰ aeri 2º moto: oꝫ i aere ꝑꝰs fracto eē ſonū itētionalr̃. dicamꝰ ḡ ꝙ i toto aere moto ē ſonꝰ realr̃ ⁊ itentionalr̃: ita tn̄ ꝙ ab aere ꝑꝰs fracto m̄ltiplicat̃ itētionalr̃ ⁊ realr̃ q̄diu mouet̃ aer: ab aere tn̄ 2º moto m̄ltiplicatur ſonus i aere ꝑꝰs fracto itētionalr̃: ⁊ ēt realr̃ cū aer reflectit̃ ⁊ fit echō. nā ſic ꝑ gn̄at̃ ſonꝰ ab aere ꝑꝰs fracto vſq ad aerē vltio motū: ita cū echō ē fortis ꝑ reflexionē circloꝝ poterit m̄ltiplicari ſonꝰ itētionalr̃ ⁊ realr̃ ab aere vltio moto vſq ad aerē ꝑ fractū. vbicūq itaq ē ſonꝰ realr̃ ē ibi ⁊ itentionalr̃: ſꝫ alicubi ē itētionalr̃ vbi ñ ē realr̃. nā qn̄ ꝯfic̃ motus aeris i aere ꝓpinq̄ nō moto poterit eē ſonꝰ itētionalr̃. nō tn̄ ē ibi realr̃: qꝛ cū ſonꝰ realr̃ fundet̃ i motu: ñ plꝰs ſe ꝓtēdit realr̃ ſonꝰ niſi q̄diu durabit aerꝰ motꝰ. ¶ Deiñ cū dic.

Cō.85 **¶ Vtꝝ āt ſonat verberans: aut qđ vberat̃: aut vtrūq: mō aūt altero. Eſt.n. ſonꝰ motꝰ poſſibilis moueri hoc mō: quo q̄dē ſaltantia a leuibus cū aliqs truſerit. Non igit̃ ſicut dcm̄ eſt: omne ſonat qđ verberatur: ⁊ verberans: vt ſi obijciat̃ acus acui: ſꝫ opꝫ qđ percutit̃ regulare eſſe: vt aer ſubito diſſiliat ⁊ moueatur.**

¶ Mouet q̄ndā qōnē circa ꝑtracta di. vtrū āt ſonat vberās aut qđ vberat̃: ⁊ ſoluit ꝙ aut vtrūq ſup. ſonat mō aūt altero. nā vberās ſonat iq̄tū aerē frāgit: vberatū vō inq̄tū aerē retinet ⁊ nō ꝑmittit ipꝫ faciliter frāgi. iō ſubdit ꝙ ſonꝰ ē motꝰ poſſis moueri. h̃ mō q̄ q̄d ē mouent̃ ſaltātia a leuibꝰ cū aliqs truſerit. i. fortiter ꝑcuſſerit cōꝑa leuia. igit̃ ſicꝫ dcꝫ ē: nō oē qđ vberat̃: ⁊ oē vberās ē ſonās: vt ſi obyciat̃ acus acui nō fit ſonꝰ: ſꝫ oꝫ ꝙ ꝑcutit̃ regl'are eē vt aer ſubito diſſoluat̃ ⁊ moueat̃: ⁊ fiat ſonꝰ. ¶ Nōnᵐ ꝙ cū corꝰ planū regulare ⁊ lene ꝑcutit̃ ad aliđ corꝰ ꝙ ē tale: tc̄ vt dicebat̃ corpꝰ ꝑcutiēs frāgit aerē: corꝰ vō ꝑcuſſū tꝫ ipꝫ ⁊ facit ipꝫ ſaltare ⁊ reſilire. aer vō ſic truſus. ⁊ ſic reſiliēs: vel aer q ꝑt moueri ſic reſiliēdo ⁊ ſaltādo fac̃ ſonū. ñ ḡ eodē mō cāt ſonū corꝰ vberās ⁊ vberatū. ⁊ ēt vt pꝫ: vt fiat talis reſilitio ⁊ talis ſaltatio aeris oꝫ eē corꝰ regulare qđ ꝑcutit̃ ad h̃ ꝙ bn̄ ſonet. regulare.n. erit ſi ſit planū vel ꝯcauū. ¶ Deinde cū dicit.

**¶ Drn̄ic āt ſonātiū in ſono ſm actuꝫ oñdunt̃. ſicut** Cō.86 **.n. ñ videntur colores ſine lumine: ſic neq ſine ſono acutum ⁊ graue.**

¶ Determīat de drn̄tijs ſoni. circa qđ tria fac. qꝛ ꝑ fac̃ qđ dictū ē. 2º docꝫ ſumere hōꝫ dr̄ias. 3º manifeſtat qđ dixerat. 2ª ibi. (Hec aūt dr̄r) 3ª ibi. (Nꝫ tn̄ velox.) dicit ḡ. ꝙ dr̄ie ſonātiū cuiuſmōi ſūt acutū ⁊ graue oñdunt̃. i. manifeſtant̃ i ſono ſm actū: qꝛ ſicut nō videnẗ colores ſine lumie ſic nꝫ cognoſcit̃ acutū ⁊ graue ſine ſono.

**Dubitaret** forte aliqs. qꝛ vr̃ nō bn̄ dcm̄ eē ꝙ dr̄ie ſoni fiāt ꝑ ſonū in actu: imo magis ecōtra ſonꝰ vr̃ fieri in actu ꝑ ſuas dr̄ias: qꝛ ſꝑ genꝰ hꝫ rōnem potētie: dr̄ia vō rōneꝫ actꝰ. ¶ Dōꝫ ꝙ acutū ⁊ graue duplr̃ pn̄t ꝯſiderari. ꝑ vt ſe tenēt ex ꝑte corpoꝝ ſonātiū: i qbꝰ ñ ē formalr̃ ſonꝰ. nā dr̃ chorda aliq̄ eē acuta q̄ reddit acutū ſonū vl' dr̃ grauis: ſi faciat ſonꝰ graue. ⁊ tn̄ formalr̃ ſonꝰ ñ ē i chorda ſꝫ i aere. 2º pn̄t ꝯſiderari dr̄ie ſoni: vt hn̄t eē i corꝑe i q̄ ē formalr̃ ſonꝰ. ꝯſtat aūt ꝙ nō ꝑcipit̃ ſonꝰ niſi hēat eē formalr̃ ⁊ in actu. dr̄ie ḡ corpoꝝ ſonātiū in qbꝰ nō ē ſonꝰ niſi vtualr̃ cāl'r cognoſcunt̃ ꝑ ſonū fcm̄ in actu. i. ꝑ ſonū fcm̄ in aere: i q̄ hꝫ eē ſonꝰ formaliter ⁊ i actu: q̄re ſicꝫ nō diſcernimꝰ colores niſi ꝑ lumē: qꝛ ñ pn̄t imutare viſuꝫ ſine lumie: ſic nō cogſcimꝰ dr̄ias ſonantiū niſi fiat i aere actu ſonꝰ: qꝛ nō pōt imutari auditꝰ niſi a ſono actu facto. ¶ Aduertēdū tn̄ ꝙ colores hn̄t i ſe aliqđ formalr̃: vn̄ pn̄t videri: ꝑꝑ qđ ſunt ꝑ ſe viſibiles: tn̄ vt dicebat̃: qꝛ colores nāꝫ illā ꝑ quā ſt̃ formalr̃ viſibiles ꝑticipāt icōplete: nō pn̄t mouere diaph. niſi ſit diſpoſitum: ⁊ niſi ſit actu illumīatū. ſꝫ corꝑa ſonātia nō ſic ſe hn̄t: qꝛ corꝑa ſonātia formalr̃ nihil i ſe hn̄t de ſono. nō ḡ ē ſil'e ꝑ oēm mōꝫ de dr̄ijs corpoꝝ ſonātiū reſpectu ſoni in actu ⁊ de dr̄ijs colorū reſpectu lucis: tn̄ q̄tū ad h̃ ē ſil'e: qꝛ ſicꝫ ñ poſſumꝰ ꝑcipe dr̄ias cōpoꝝ ſonātiū ſine ſono i actu ſicut vr̃: nec dr̄ias colorū ſine luce. ꝙ aūt arguebat̃ de gn̄e ⁊ dr̄ia laborabat rō in equoco: qꝛ h̃ nō loq̄t̃ phs de dr̄ijs ſonoꝝ q̄ dn̄t ſonū i actu ſꝫ de dr̄ijs corpoꝝ ſonātiū. vt pꝫ tā ex noua trāſlatione q̄ ex veteri q̄ dn̄t ſonū nō formalr̃ in actu: ſꝫ cāl'r ⁊ ivtute: dato tn̄ ꝙ loq̄ret̃ phs de dr̄ijs ſonoꝝ adhuc poſſꝫ ſaluari textus eiꝰ: qđ quō verū ſit nō ē pn̄tis ſpeculatōis. ¶ Aduertēdū tn̄ ꝙ lꝫ phs loq̄t̃ de dr̄ijs ſonātiū: tn̄ qꝛ corꝰ ſonās nō dicit̃ acutū niſi faciat acutū ſonū: nec dr̃ graue niſi faciat talē ſonū: iō i ſentētianda ⁊ ꝯtinuādo ñ curauimꝰ diſtiguere inter has differētias ⁊ illas: eo ꝙ he differētie illis habeāt eſſe annexum. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Hec autē dr̄r ſcđm metaphoraꝫ ab illis que tanguntur. Acutuꝫ.n. mouet ſenſuꝫ i pauco tēpore multuꝫ: graue āt in multo tꝑe paucum.**

¶ Docꝫ ſumere huiꝰ dr̄ias di. ꝙ h̃ aūt. i. he dr̄ie dicunt̃ ſm metaphorā ab illis que tāgunt̃. nā ꝫ metaphorā ⁊ ſm ſimilitudinē dr̄iarū tangibiliū ſumpte ſunt differentie ſonantiū. nā ſicut acutū in tactu ē ꝙ mouet ſenſuꝫ in pauco tempore multuꝫ: graue aūt qđ in multo paucū: ſic ſup. ⁊ in auditu acutū mouet ſenſuꝫ auditus in pauco tēpore multū: graue vō in multo paucū. ¶ Deīde cū dicit.

**¶ Neq tamen velox eſt acutū: graue autē tardum: ſꝫ fit hoc q̄dem ꝓpter velocitatem huius**

motus: illud aũt ꝓpter tarditatem.

¶ Declarat qđ dixerat. nã in determinãdo de dr̃ñtijs ſoni fecerat mẽtionẽ de motu. iđ in declarãdo itẽrũ duo fac. qꝛ ꝑmo oñdit q̃lr̃ dr̃e ſoni ſe hẽant ad dr̃ias mot⁹. 2°. d̃clarat q̃lr̃ ſe hẽant ad dr̃ias tact⁹ ibi. (Et vr̃ ſilitudinẽ.) dic̃ ḡ. ꝙ nꝫ velox ẽ acutũ: graue aũt tardũ. q. d. ꝙ graue ⁊ acutuꝫ q̃ ſunt dr̃e ſoni nõ ſunt velox ⁊ tardũ q̃ ſũt dr̃e mot⁹: ſic̃ nec ſon⁹ ẽ mot⁹: cãn̄ tñ he dr̃e ab illis ſic̃ ſon⁹ cauſat̃ a motu. iđ ſubdit ꝙ ħ gdẽ. ſ. acutuꝫ fit ꝑꝑ velocitatẽ h⁹ mot⁹: ſꝫ ꝑꝑ tarditatẽ illi⁹. ſ. mot⁹ ſup. fit graue. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Et videt̃ ſilitudinẽ hr̃e circa tactum cũ acuto ⁊ hebeti. Acutũ. n. q̃ſi pungit: hebes q̃ſi pellit: ꝑꝑ id qđ mouet hoc gdẽ in pauco: illud ãt multo. Quare accidit hoc gdẽ velox: illđ aũt tardũ

Cō.87. eẽ. ¶ De ſono igitur ſic̃ determinatũ eſt.

¶ Oñdit q̃lr̃ ſe hẽant he dr̃e ſoni ad dr̃ias tact⁹ di. ꝙ ⁊ vident̃ ſilitudinẽ hr̃e circa tactũ cũ acuto ⁊ hebeti. graue ḡ ⁊ acutũ i ſono hñt ſilitudinẽ cũ acuto ⁊ hebeti in tactu: quia acutũ ẽ qđ pũgit: hebes v̾o qđ pellit. ⁊ ħ ꝑꝑ id qđ ħ gdẽ. i. acutũ mouet in pauco tꝑe multũ illud v̾o. i. hebes in mľto paucũ: q̃re accidit eẽ ħ gdẽ. i. acutũ velox. illđ v̾o. i. hebes eẽ tardũ: ⁊ qꝛ ſup. ſic ẽ circa dr̃ias ſoni: qꝛ acutũ ſeq̃t motũ velocẽ: graue v̾o motũ tardũ: oꝫ eẽ q̃ꝫdã metaphorã: ⁊ q̃ndã ſilitudinẽ iter dr̃ias ſonoꝝ ⁊ dr̃ias tãgibiliũ. his ḡ habitis ipõit finẽ tractatui de ſono dicẽs. de ſono igit̃ ſic determinatũ ſit. ¶ Nõn^m ãi ꝙ acutũ põt fieri vel ex vno motu. et tũc oꝫ motũ illũ eẽ velocẽ: vel ex multis motib⁹. ⁊ tũc opꝫ mot⁹ illos eẽ ſpiſſos: vt pꝫ in chorda q̃ ſi bñ ſit extẽſa facit plꝫes mot⁹ in aere ⁊ magis v̾berat ipꝫ: ⁊ reddit ſonũ magis acutũ. cũ ḡ dic̃ phs acutũ fieri ex motu veloci: itelligendũ ẽ de acuto qđ gnãt̃ ex vno motu. ¶ Nõn^m etiã ꝙ nec dr̃e ſoni ſunt dr̃e motus: ſed ſunt ãnexe illis. nec tales dr̃e ſũt dr̃e tactus: ſed hñt ſimilitudinẽ cũ illis.

Ox aũt ſon⁹ gdeꝫ eſt aiati: inaiatũ. n. nullũ vocat: ſꝫ ꝑm ſilitudinẽ dr̃ vocare: vt tibia: ⁊ lira: ⁊ q̃cũqꝫ alia inaiatoꝝ extenſioneꝫ hñt: ⁊ melodiã ⁊ locutionẽ. Aſſimilat̃. n. qꝛ ⁊ vox hoc habet.

¶ Poſtq̃ꝫ phs determiauit de ſono ſimplr̃. in ꝑte iſta determinat de q̃dã ſpẽ ſoni q̃ dr̃ vox. circa qđ duo fac. qꝛ ꝑ venatur mẽbra diffõnis ei⁹. 2°. ifert diffõnẽ vocis tãq̃ꝫ venatãꝫ ibi: (q̃re ꝑcuſſio reſpirati.) ¶ Ad eui^am ꝑme ꝑtis nõn^m ꝙ i diffõne vocis q̃tuoꝛ ponunt̃. diffinit̃. n. vox ꝙ ẽ ꝑcuſſio reſpirati aeris fcã ab aia q̃ eſt in his ꝑtib⁹ ad vocalẽ artariã. reſpirat̃. n. aer ⁊ attrahit̃ circa has ꝑtes: vt circa pl̃monẽ ⁊ coꝛ: ⁊ ille aer ſic attract⁹ ꝑ v̾tutẽ aie repcutit̃ ad vocalẽ artariã ſiue ad cãnã pulmonis: ⁊ fac vocẽ. in venãdo ḡ vocis diffõnẽ q̃tuoꝛ facit. qꝛ ꝑ oñdit ꝙ repcuſſio illa q̃ eſt vox fit ab aia. 2°. declarat qđ ẽ reſpirati aeris. 3°. manifeſtat ꝙ opꝫ illũ aerẽ eẽ reſpiratũ in his ꝑtib⁹. i. circa has ꝑtes: vt circa pulmonẽ ⁊ coꝛ. 4°. oñdit ꝙ oꝫ illũ aerẽ reſpiratũ repercuti ad organũ qđ dr̃ vocalis arteria. ex his aũt q̃tuoꝛ: vt pꝫ: cõſtat tota diffõ vocis. 2^a ꝑs icipit ibi. (Multa aũt aialiũ.) 3^a ibi. (Vox aũt ſon⁹.) 4^a ibi (Organũ aũt reſpiratiõis.) In ꝑ^a ꝑte itẽdit talẽ rõneꝫ ſon⁹ ille gnõ cõpetit niſi rebus aiatis: oꝫ ꝙ ſit fact⁹ ab aia: ſꝫ vox nõ ꝯpetit niſi rebus aiatis. ḡ vox eſt ſon⁹ fact⁹ ab aia. de hac aũt rõne nõ ponit niſi mediũ. vꝫ. ꝙ vox nõ ꝯpetit niſi reb⁹ aiatis ⁊ ꝙ nullũ iaiatũ hꝫ vocẽ. ſꝫ poſſit forte hr̃e aliquã ſilitudinẽ vocis. iđ ait ꝙ vox aũt ẽ gdã ſon⁹ aiati. ⁊ ſubdit ꝙ nullũ iaiatoꝝ vocat. i. hꝫ vocẽ: ſꝫ forte ꝑꝫ ſilitudinẽ dr̃ aliqđ inaiatũ vocare: vt tibia: ⁊ lira: ⁊ q̃cũqꝫ alia iaiatoꝝ hñt extenſionẽ ⁊ melos et locutionẽ. aſſimilant̃. n. talia vociferãtibus: ⁊ vident̃ hr̃e vocẽ: qꝛ vox hꝫ ħ. ¶ Notãdũ aũt ꝙ vt cõiter ponit̃ vox i tribus vr̃ differre ab alijs ſimplicib⁹ ſonis. ꝑ qꝛ vox hꝫ q̃ndã extẽſionẽ ſiue q̃ndã ꝑtẽſionẽ. alij. n. ſimplices ſoni cito trãſeunt: ſꝫ qꝛ vox fit ab aia reſpirãte aerẽ ⁊ retinente hꝯ aerẽ reſpiratũ: ſon⁹ q ẽ vox nõ ita cito trãſit: ſꝫ hꝫ q̃ꝫdã ꝑtẽſionẽ ⁊ durationẽ ꝑꝫ appetitũ aie. 2°. vox hꝫ q̃ꝫdã melodiã ⁊ ꝯſonãtiã. ſon⁹. n. fact⁹ ſimplr̃: eo ꝙ ex ſimplici ictu fiat: ꝯſonãtiã q̃ cãtur ex diuerſitate ⁊ ꝓportiõe ſonoꝝ in ſe non hꝫ. 3° in voce ẽ q̃dã diſcretio ⁊ iterruptio ſonoꝝ: qꝛ in voce fiũt varie repcuſſiões aeris. ex hac aũt diſtictõe ſonoꝝ hꝫ vox ꝙ ſit locutio vel ꝙ ſit orõ. nã orõ ad q̃ꝫtitatẽ diſcretaꝫ ꝑtinet: vt pꝫ i ꝑdicamñtis. igit̃ qꝛ lira ⁊ tibia ⁊ hꝯ iſtrã hñt ħ ꝑ q̃ꝫdã ſilitudieꝫ. iſta tria ẽt ꝑ q̃ꝫdã ſilitudieꝫ dr̃r hr̃e vocẽ.

Dubitaret forte aliqs de ſono facto ex lira vel ex chordis cithare: quõ ſon⁹ ille cõtingat. nã ſi ſon⁹ ꝯtigit ex corꝑib⁹ ſe v̾berãtib⁹: ita ꝙ corp⁹ v̾berãs mouet ⁊ frãgit: coꝛ⁹ v̾o v̾beratũ aerẽ retinet ne cito ſoluat̃ ſꝫ fiat ibi q̃dã violẽtia ex q̃ cãet̃ ſonus: nõ vr̃ ꝙ ħ poſſim⁹ ſaluare in ſono fcõ ex chordis lire: non. n. eſt dðm ꝙ pẽna ꝑcutiẽs chordã aerẽ frãgat. chorda v̾o retineat aerẽ. ne cito ſoluat̃: ſꝫ fiat ibi q̃dã violẽtia ⁊ cãet̃ ſon⁹: qꝛ pẽna modicũ de aere mouet. ⁊ illa ꝑs chorde ad quã ꝑcutit̃ pẽna modicũ poſſet de aere retinere: q̃re vel nullus reſultaret ibi ſon⁹ vl̃ valde exilis. ¶ Dðꝫ ḡ ꝙ ħ mõ fit ſon⁹ ex ꝑcuſſione chorde ſic̃ fit ſon⁹ ex motu corrigie vl̃ ex motu v̾ge. v̾ga. n. vel corrigia velociter mota in aere cãt ſonũ: qꝛ vt dictũ ẽ aer velociter ſciſſus ꝑ v̾gã ꝓpter tractũ a vacuo: vel propter tractũ ne ſit vacuũ aer ille ſciſſus velociter ꝯgregat̃: ꝓpter qđ fit ibi q̃dã ꝯdẽſatio rõne c⁹ eſt ibi reſiſtẽtia q̃dã. ⁊ fit ibi ſon⁹: ſic ex vna ꝑcuſſiõe chorde dat chorda multos ictus: ꝑ q̊s ict⁹ velociter ſcidit aerẽ. ḡ aer velociter ſciſſus velociter ꝯgregat̃: ⁊ reſiſtit chorde trementi: q̃re cãtur ibi ſon⁹: ⁊ ĩde ẽ et q̃ꝫto chorda magꝭ extẽdit̃ acutiorẽ hꝫ ſonũ: qꝛ talis chorda ꝑcuſſa magis tremit ⁊ dat plures ict⁹: q̃re cãt maiorẽ ſonũ. nõ ḡ fit ſon⁹ ex ꝑcuſſiõe chorde: qꝛ penna expellat aerẽ q ẽ in chorda: ſic̃ fit ſon⁹ ex ꝑcuſſione lapidũ qꝛ vn⁹ lapis frãgit aerẽ exñtẽ i alio lapide. ſꝫ ħ fit qꝛ chorda ꝑcuſſa tremit ⁊ dat multos ict⁹ i aere ⁊ cãt ſonũ. ¶ Viſo quõ ex diuerſitate chorde ſi ſit alr̃ ⁊ alr̃ extẽſa cãtur ali⁹ ⁊ alius ſonus.

Dubitaret forte aliqs. vtrũ ex diuerſitate corpoꝝ ſolidoꝝ cãet̃ ali⁹ ⁊ ali⁹ ſon⁹. ⁊ vr̃ ꝙ nõ. qꝛ ſi nõ fit ſonus niſi qꝛ coꝛ⁹ v̾berãs aerẽ frãgit. coꝛ⁹ v̾o v̾beratũ aerẽ tꝫ: ⁊ facit ipꝫ reſilire: ⁊ nõ ꝑmittit ipꝫ frãgi niſi cũ q̃dã violẽtia: qꝛ cũ q̃cũqꝫ corꝑa dura vident̃ ſufficere ad ħ efficiẽdũ. nõ vr̃ ꝙ alr̃ ſonet vnũ coꝛ⁹ duꝝ q̃ꝫ aliđ. ¶ In ꝯriũ ẽ. qꝛ ad ſẽſũ pꝫ argẽtũ eẽ magis ſonoꝝ q̃ꝫ ferrũ ⁊ q̃ꝫ plũbũ. ¶ Dðꝫ ꝙ i ſono ẽ tria ꝯſiderare. vꝫ. coꝛ⁹ expellẽs: aerẽ expl̃ſuꝫ: ⁊ modũ expellẽdi. rõne aerꝭ expulſi opꝫ corꝑa ſonãtia eẽ dura vt poſſint aerẽ expellere. ide ẽ ꝙ lana ⁊ pili nõ faciũt ſonũ: qꝛ lana ꝑcutiẽs nõ bñ frãgit aerẽ: lana v̾o ꝑcuſſa nõ bñ tꝫ aereꝫ vt nõ ꝑmittat ipꝫ velociter frãgi: ⁊ faciat ipꝫ cũ q̃dã violẽtia reſilire. 2°. rõe modi expellẽdi oꝫ corꝑa ſonantia eẽ regularia vt ꝙ ſint plana vel ꝯcaua. nã non q̊cũqꝫ mõ expulſus aer fac ſonũ. ſꝫ oꝫ aerẽ ꝑcuſſum reſilire ſic̃ reſilit pilla ꝑcuſſa ad terrã. nã cũ vnũ coꝛ⁹ planũ ꝑcutit̃ ad aliđ corp⁹ planũ ꝑcuſſuꝫ ñ cedit aeri illi quẽ coꝛ⁹ v̾berãs pellit ⁊ mouet: ⁊ ñ cedẽdo ei fac aerẽ illũ ſaltare ⁊ reſilire cũ q̃dã violẽtia ſic̃ qꝛ terra nõ cedit pille. ſi pilla ꝑcutit̃ ad terrã oꝫ eã ſaltare ⁊ reſilire. igr̃ vt fiat talis ſaltatio ⁊ talis reſilitio aeris: oꝫ eẽ planũ ⁊ regulare qđ ꝑcutit̃: vl̃ oꝫ ipꝫ eẽ ꝯcauũ: qꝛ ⁊ in ꝯcauo hꝫ fieri talis ſaltatio ⁊ talis reſilitio: qꝛ vt ſupra dicebat̃ nõ potente aere exire a ꝯcauis faciũt ꝯcaua ex repcuſſiõe multos ictus poſt ꝑmũ. 3°. in ſono ſunt cõſideranda corꝑa expellentia aerẽ ⁊ q̃ꝫtum ad ħ q̃ꝫto corpora ſunt magis ⁊ magis tremẽtia magis ſonãt. nã ſicut chorda ma

gis extēsa q̄z ꝑcussa magis tremit ⁊ dat pluresictus. ideo ꝑl'ti⁹ sonat: sic corpora bñ tremētia ex ꝑcussiōe facta in eis plures ictus faciūt in aere: ⁊ fit ibi alior sonus. si aūt q̄rat̄ q̄ corpora sunt illa q̄ magis tremūt: vt cōiter ponit̄ aer qui ēst de ꝯpōne corpoꝝ si sit in eis bñ disposit⁹ corpa illa hñt banū sanū: cuiusmodi sunt argētū ⁊ es. corpa vo magis acce̅dētia ad nāz terrestrē ⁊ min⁹ hñtia de aere in ꝯpone sui pei⁹ sonāt: vt pꝫ in plūbo. pꝫ igiť q̄ corpora meli⁹ sonāt. nā dura meli⁹ sonāt q̄z nō dura: ⁊ regularia: vt plana ⁊ ēt ꝯcaua melius sonāt q̄z nō regularia: ⁊ tremētia ⁊ hñtia bñ dispositū acrē. q̄ est de cāpone sui meli⁹ sonāt q̄z q̄ nō sunt talis. vbi aūt aīa ista ꝯcurrūt ꝙ sint corpa dura regularia. ⁊ bñ sonora resultat ibi optimus sonus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Multa aūt aīaliū z vocē non hñt: vt que sunt sine sanguine: ⁊ sanguinē hñtiū pisces hoc rationabilr: siqdem aeris motus sonus est.

¶ Ondit ꝙ repcussio illa q̄ ē vox est respirati aeris. h pꝫ p h: q̄z nā hñt vocē nisi respirātia. duo ḡ fac̄. q̄z p̄ ostēdit sola respirātia hr̄e vocē. 2⁹ remouet q̄ndā cauillationē de qbus dā piscib⁹ nō respirātib⁹ q̄ videnť hr̄e vocē ibi: ¶ Sꝫ q̄z dicūtur. Dic̄ ḡ. ꝙ multa aūt de nūero aīaliū vocē nō hñt vt illa q̄ sūt sine sanguīe: ⁊ pisces q̄ sunt de nūero hñtiū sanguinē. sup. nō hñt vocē: ⁊ h rōnabilr̄ si qdē son⁹ q̄ est vox ē aeris motus: aeris sup. respirati. ¶ Notādū ēt ꝙ sic p̄ p̄maz ptez vbi ꝓbabat̄ ꝙ sola aīata hñt vocem habebat̄ ꝙ vox eēt son⁹ factus ab aīa sic per hanc ptem vbi ostenditur ꝙ sola respirantia habent vocē: habetur scđa pars diffōnis vocis. vꝫ. ꝙ vox ē son⁹ aeris respirati. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Sꝫ qui dicunť vocare: vt qui in Alcheleo sonant branchis: aut quodā altero huiusmodi.

¶ Remouet q̄ndā cauillationē poteꝫ fieri circa p̄dicta dicta. ꝙ si pisces q̄ dnr̄ vocare. i. hr̄e vocē: vt illi q̄ sūt in achelco. i. in illo flumīe vt sonat alia lr̄a: sonāt brāchis. aut quodā alio mō h̄ꝫ istro. q. d. ꝙ pisces ⁊ oīa nō respirātia carēt voce. ⁊ si videant̄ aliq̄n hr̄e vocē h ē: q̄z cū brāchis vel cū aliquo alio istro faciūt sonū silēz voci. ¶ Deide cū dicit.

¶ Cō. 88 ¶ Vox aūt sonus aīalis est: ⁊ nō qualibꝫ parte. Sꝫ q̄m oē sonat verberāte aliquo: ⁊ ad aliqd in aliquo. Hoc aūtē aer: rōnabiliter vtiq̄ vocabunt hec sola queciq̄ suscipiunt aera.

¶ Venat̄ tertiā ptē vel pticulā diffōnis vocis. vꝫ. ꝙ vox ē son⁹ respirati aeris nō in q̄lꝫ pte: q̄z aer respirat⁹ nō ad q̄libet ptē trahit̄: sꝫ fit h̄ꝫ tract⁹ ad aliquā ptez determinatā: vt ad pulmonē ⁊ cor. circa h aūt duo fac̄. q̄z p̄ facit q̄d dcm̄ ē. 2⁹ q̄z mētionē fecerat de aere respirato: ostēdit quō nā vtitur h̄ꝫ respirato aere ibi. (aere. iā. n.) Dic̄ ḡ. ꝙ vox āt ē son⁹ aīalis sup. respirātis ⁊ nō q̄libꝫ pte. i. nō ad q̄libꝫ ptē respirāt̄ h̄ꝫ aer nec ad q̄libꝫ ptē fit attractio h̄ꝫ aeris respirati: sꝫ h̄ꝫ attractio fit circa pulmonē ⁊ cor. addit aūt ad confirmationē h⁹ dicti. vꝫ. ꝙ oꝫ aerē eē respiratū: vt fiat vox dicēs: ꝙ sonat. i. fit son⁹ v̄berāte aliq̄ ⁊ ad aliqd ⁊ in aliq̄. h āt in quo fit h̄ꝫ reuerberatio ē aer. ⁊ q̄z sic ē rōnabilr̄ vtiq̄ h sola aīalia vocabūt q̄cūq̄ suscipiūt aerē. i. q̄cūq̄ respirāt. ¶ Nōn̄m aūt h q̄d dcm̄ ē ꝙ vox ē son⁹ aīalis nō q̄libꝫ pte p h ꝙ dicit nō q̄libꝫ pte itelligi posset vocalis arteria q̄ est organuꝫ vociferādi: sꝫ vt cōplete habeāt̄ pticule posite in diffōne vocis melius est vt exponat̄ de aere respirato ⁊ attracto nō ad q̄libꝫ ptē: sꝫ ad pulmonē ⁊ cor.

**Dubitaret** forte aliqs. q̄z illa tria q̄ phs tetigit. vꝫ. ꝙ son⁹ fit v̄berāte aliquo ⁊ ad aliqd et in aliquo nō videnť eē distīcta. nā aer ipse est illud q̄d verberat̄ ⁊ in quo verberat̄. ¶ Dōꝫ ꝙ ad vocē cōcurrūt tria. vꝫ. aīa v̄berās ⁊ vocal̄ arteria ad quā h̄ꝫ fit reuerberatio. ⁊ ēt aer in quo fit h̄ꝫ reuerberatio. ita tñ ꝙ aer fungiť vice duoꝝ. nā aer est illō q̄d v̄berat̄ ⁊ q̄d repcutit̄ ad vocalē arteriā: ⁊ ēt est mediuꝫ in quo fit talis reuerberatio: q̄d in multis alijs ꝯtigit. nā si ducat̄ virga p aerē ibi aer resistet virge ⁊ hēbit se tanq̄z aliqd ꝑcussuꝫ ⁊ ēt habebit se vt me^m in qua ex h̄ꝫ percussione generat̄ sonus duplr̄: itaq̄ poterit legi littera phi. p̄mo. vt li aliqd ⁊ in aliquo exponat̄ de aere alr̄ ⁊ aliter accepto. naꝫ ipē aer se hꝫ vt aliqd ꝑcussuꝫ ⁊ vt mediū in quo fit sonus. est ḡ sensus. ꝙ fit sonus v̄berāte aliquo. i. aīa: ⁊ aīa dico verberante aliqd. i. aereꝫ: ⁊ in aliquo. i. in aere vel possumus exponere: vt p li aliqd itelligatur vocalis arteria: ⁊ per li aliquo itelligatur aer. est ḡ sensus ꝙ ad sonū qui est vox ꝯcurrit aliquid verberās vt aīa ⁊ aliqd sup. ad q̄d verberat̄ vt vocalis arteria ⁊ h̄ꝫ reuerberatia fit in aliquo. i. in aere. quā aūt in sonis alijs a voce ꝯcurrūt ibi h tria. vꝫ. ꝙ fit ibi aliqd v̄berās ⁊ aliqd q̄d verberatur ⁊ aliquid in quo fit v̄beratio videre non est difficile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Iaꝫ. n. aere respirato vtiť natura in duo opera: sic ligua ⁊ in gustū: ⁊ in locutionē. Duoꝝ qdē gustus neclus ē. vñ ⁊ in plurib⁹ iest: interpretatio aūt est ꝑp bñ esse. Sic ⁊ spū: ⁊ ad calorē interiorē tanq̄z necessariū. Causa aūt in alteris dicta est: ⁊ ad vocē vt sit q̄d bene.

¶ Q̄z fecerat mentionē de aere respirato ostēdit quō natura vtiť h̄ꝫ aere dicēs: ꝙ iam respirato aere vtiť nā in duo opera: sicut lingua vtiť in duo opa in gustum ⁊ locutionē: quoꝝ qdem gustus est quid necium. vnde ⁊ pluribus iest interpretatio aūt. i. locutio est ꝑpter bene esse. sic ⁊ spiritu. i. aere respirata vtiť nā in duo apera: quaꝝ vnū est necessariū aliud ad bene esse. nam ad calorē iteriorē temperendū vtitur nā aere respirata tanq̄z ad id q̄d est neciuꝫ. cā āt quare h sit necium dicta est in alteris. i. in libro de inspiratione ⁊ respiratiōe: ⁊ vtitur ēt nā aere respirato ad vocem nō sicut ad neciuꝫ: sꝫ sicut ad bene esse. ¶ Notādū aūt ꝙ nec oīa aīalia loquunť: nec ēt aīa hñt gustū. sunt. n. aliqua aīalia imperfecta: qb⁹ inest tactus tm̄. talia eni in suscipiēda alimētū nō ꝑcipiunt dr̄ias gustabiliū: sꝫ tangibiliū delectant̄ tñ talia in suscipiēda alimentū: sicut delectat̄ sensus tactus cū ꝯiungit̄ tangibili ꝯuenienti. nec gustus ḡ nec locutia inest oībus aīalib⁹. verū q̄z gustus magis est necessarius ⁊ magis facit ad esse: locutio aūt magis ad bñ eē: iō dictū ē ꝙ gustus inest plurib⁹ aīalib⁹ q̄z locutio.

**Dubitaret** forte aliqs. vtꝝ locutio sit hoī nālis. videt̄ ꝙ sic: q̄z si nā vtiť ligua i dua apa: in gustū ⁊ locutionē: sic vtiť aere respirato ad duo opa. ad refrigeriū calōis ⁊ ad vocē oꝫ ꝙ gustate ⁊ loq̄ sint opa nature: sꝫ opa nr̄e sunt nālia. oꝫ ḡ ꝙ loq̄ sit qd nālc. ¶ P̄. hꝫ phꝫ p̄ politi. hoī sermonē nā dedit: sꝫ id q̄d dat̄ alicui a nā ē nāle. ḡ ⁊c. ¶ In ꝯriū ē q̄d scribiť p̄ ꝑyermēias. vbi dr̄ ꝙ queadmōꝫ nec lr̄e oīb⁹ eedē: sic nec eedē voces. vult ḡ ibi phs ꝙ lr̄e ⁊ voces sint ad placitū: loq̄ itaq̄ ad placitū erit. nō a nā. ¶ Dōꝫ ꝙ aliqd aliq̄n vlr̄ sumptū ē nāle: q̄d tñ hꝫ spālē ꝯsiderationē ē ad placituꝫ. vt punire fures ē de iure nāli: sꝫ tñ punire h mō vel illo eos: vt p suspēdiuꝫ: vel per trūcationē capitis ē ad placitū: ⁊ q̄z nālia sť eadē apd oēs: q̄ vo sūt ad placitū diuersificant̄: ide ē ꝙ apud oēs puniūtur fures: sꝫ apud oēs nō puniunť eodē mō. sic ḡ punire fures ē de iure nāli: punire tñ eos sic vel sic: est de iure positiua: sic loq̄ ⁊ hr̄e s'monē ē hoī nāle: sꝫ loq̄ h ydioma vel illud ē p artē ⁊ ad placitū. dr̄. n. nālia illa ad q̄ hēmus nālē ipetū. q̄lꝫ. n. hō hꝫ nālē ipetū vt loq̄tur: ⁊ vt exp̄mat p sermonē ꝙ mēte ꝑcipit: sꝫ ꝙ talis exp̄ssio vel talis locutia fiat p h v̄bū vel p illud h adinuētū ē p artē ⁊ ad placitū. in-

de eſt q̄ oēs hoīes loquūt̄ᷣ: q꞉ loqui eſt quōdāmō nāle: ſꝫ nō oēs loquūt̄ hꝫ ydioma vel illō: q꞉ ſic vel ſic loq nō ē nāle: ſꝫ ad placitū. Argumenta autē pro ꝛ contra ſoluta ſunt per iam dicta. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.89. ¶ Organū autē reſpiratiōis vocalis arteria eſt. Cui⁹ autē cā hec ꝑs eſt pulmo. hac.n.pte plus habēt calorē pedib⁹ gradiētia alijs: indiget aūt reſpiratiōe: ꝛ circa cor locus primi⁹. Unde neceſſe eſt interius reſpirāte ꝛ ingredi aerem.

¶ Uenat̄ qrtā ꝑticulā poſitā in diffōne vocis. vꝫ. q̄ ꝑcuſſio q̄ eſt vox fit ad vocalē arteriā vel fit ad organū: qđ dr̄ vocalis artaria dicēs: q̄ organū aūt reſpirationis ē vocalis arteria h⁹ reſpiratiōis cā eſt hꝫ pars. vꝫ. pulmo. q꞉ hac porte. i. circa pulmonē gradiētia pedibus pl̄s hn̄t calorē alys. ꝛ ſubdit q̄ idiget aūt reſpiratiōe. ſup. plmo. ꝛ addit q̄ ꝛ circa cor eſt loc⁹ ꝑmus ſup. caloris. vn̄ neceſſe ē interius reſpirāte igredi aerē refrigerātē calorē illū. ¶ Nōn^m āt q̄ pulmo ē ꝑpinquus cordi: ꝛ q꞉ circa cor ē ꝑmus loc⁹ caloris nō ſolū cor: ſꝫ ēt pulmo q ē circa cor indiget aere reſpitato ad tēperādū calorē illū. ¶ Nōndū ēt q̄ ꝑ h⁹ ſpirationē ꝛ reſpirationē imitit̄ aer fridus ꝛ expellit cal's: ſꝫ ſm̄ ꝯment. hꝫ ē ꝑꝑ aliud ꝛ aliud: q꞉ q̄ extrahat̄ aer imiſſus hꝫ ē ꝑꝑ pulmonē: ſꝫ q̄ imittat̄ aer recens ꝛ fridus hꝫ eſt magis ꝑpter cor. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.90. ¶ Quare ꝑcuſſio reſpirati aeris ab aīa: q̄ eſt in his partibus ad vocalē arteriam vox eſt.

¶ Cōcludit diffōnem vocis tāq̄ venatā. circa qđ duo fac. q꞉ ꝑ facit qđ dcm̄ eſt. 2° manifeſtat qđdā qđ erat dubiū in diffōne ꝑtacta ibi. (Non.n.oīs.) ſunt aūt q̄tuor declarata circa diffōnē vocis. ꝑ. q̄ vox eſt reꝑcuſſio facta ab aīa. 2° q̄ h⁹ reꝑcuſſio eſt reſpirati aeris. 3° q̄ ille aer reſpirat̄ circa has ptes: vt circa pl̄monē ꝛ cor. 4° q̄ reꝑcuſſio h⁹ aeris reſpirati fit ad vocalē arteriā. hꝫ ē ḡ qđ ait dicēs. q̄re vox ē reꝑcuſſio reſpirati aeris facta ab aīa: q̄ reꝑcuſſio vl' q̄ reſpiratio eſt in his ꝑtibus ad vocalē arteriā. ¶ Nōn^m aūt ſm̄ quoſdā hꝫ qđ dr̄. q̄ eſt in his ꝑtibus. exponēdū ē de aīa. dn̄t.n. q̄ vox ē reꝑcuſſio facta ab aīa q̄ aīa eſt in his ꝑtib⁹. i. circa cor. nō q̄ aīa nō ſit i q̄lꝫ pte corꝑis: tn̄ q̄tū ad aliqđ op⁹ vt q̄tū ad motū: aīa ꝑncipalr̄ vr̄ eē in cōde. meli⁹ ē tn̄ vt li q̄ referat̄ ad reꝑcuſſionē vel ad reſpirationem: vt dicat̄ q̄ vox eſt reꝑcuſſio reſpirati aeris facta ab aīa ad vocalē arteriā q̄ reſpiratio fit in his ꝑtibus. i. circa has ptes: vt circa pulmonē ꝛ cor. nā aer reſpiratur ꝛ attrahitur per virtutē aīe ad pulmonē ꝛ cor: ꝛ ille aer ſic reſpirat⁹ ꝛ repercuſſus ad vocalē arteriā facit vocē. ¶ Deīde cum dicit.

¶ Nō.n.oīs aīalis ſon⁹ vox ē: ſic̄ diximus. Eſt enī ꝛ ligua ſonare: ꝛ ſic̄ tuſſientes: ſꝫ oꝫ aīatū eſſe verberās: ꝛ cū imaginatione aliq̄. Significatiuus.n. q̄daꝫ ſon⁹ ē vox: ꝛ nō reſpirati aeris ſic̄ tuſſis: ſꝫ iſto v̄berat eū q ē i arteria ad ipam.

¶ Manifeſtat qđdaꝫ qđ erat dubiū in diffōne ꝑdicta. dixerat.n. q̄ vox eſt reꝑcuſſio facta ab aīa qđ ꝑbauerat ꝑ hꝫ q̄ vociferare ꝯpetit reb⁹ aīatis: ſꝫ q꞉ nō q̄cq̄d ꝯpetit reb⁹ aīatis eſt ab aīa vt aīa eſt: iō ſpālē rōnē vult aſſignare quō ſonus q eſt vox eſt ab aīa ſꝫ q̄ h⁹. circa qđ tria facit. q꞉ ꝑ fac qđ dcm̄ eſt. 2° qđ dixerat ꝑbat ꝑ qđdaꝫ ſignū. 3° ꝯcludit ex iā dcis piſces nō hr̄e vocē. 2ª ibi. (Signū aūt.) 3ª ibi (Manifeſtū aūt.) dicit ḡ. q̄ nō oīs ſon⁹ aīalis eſt vox ſic̄ dixim⁹. i. ſic̄ pōt patere per iaꝫ dicta. nā eſt. i. cōtingit ſonare ligua ſicut tuſſiētes faciunt ſonū. tn̄ h⁹ ſonus nō eſt vox: ſꝫ opꝫ ad hꝫ q̄ fiat vox eē verberās aīatū: ꝛ cuꝫ imaginatiōe aliq̄ oꝫ fieri talē reuerberationē: q꞉ vox eſt q̄dam ſonus ſignificatiuus. ꝛ nā eſt vox reſpirati aeris ſic̄ tuſſis. ſꝫ aīa cū vult vociferare vtitur iſto aere reſpirato ꝛ mediante eo verberat cū aerē qui eſt in arteria ad ipſam arteriā: qđ faciendo facit vocem. ¶ Notādū aūt q̄ nō quilibꝫ motus aīalis ē ab aīa ſm̄ q̄ h⁹: ſed ſolū motus ille qui fit ꝑ imaginatiōeꝫ ꝛ appetitū: vt ſi aīal: q꞉ graue per grauitatē deorſuꝫ rueret motus ille nō eſſet ab aīa ſm̄ q̄ h⁹: ſꝫ vt dcm̄ eſt motū factū ab aīa ſꝫ q̄ h⁹ ꝑ imaginationē ꝛ appetitū: oꝫ eſſe ſcm̄: ſic ēt nō q̄libet ſonus aīati eſt vox: nec eſt ab aīa ſm̄ q̄ h⁹: ſꝫ oꝫ ſonū qui eſt vox fieri per imaginationē aīe in determinatis partibus: hꝫ eſt ḡ qđ ꝯmē. ait q̄ vox eſt ſonus qui fit cū imaginatiōe ꝛ volūtate. implet̄ autē: vt ait iſta actio duabus virtutibus aīe: quarū vna eſt ꝯcupiſcibilis: altera imaginatiua. ¶ Notādū etiā q̄ eo ipſo q̄ vox fit per imaginationē ꝛ appetitum: opꝫ q̄ h⁹ ſonus ſit ab aīa ſm̄ q̄ h⁹ ſicut motus factus per appetitum ꝛ imaginationē opꝫ q̄ ſit ab anima ſm̄ q̄ eſt anima.

Dubitaret forte aliquis vtruꝫ vox ſit ſonus ſignificatiuus. Dōm q̄ ſm̄ quoſdaꝫ omnis vox eſt ſonus ſignificatiuus. vel nāliter vt illus: vl' ad placitum vt voces impoſite ad ſignificandū: ſed ſm̄ hūc modūꝫ non imus ad mentem philoſophi: nec ſaluamus dcm̄ vocem eſſe ſignificatiuam. nam hec vox buba non ſignificat naturaliter: nec ſignificat ad placitū: q꞉ non eſt impoſita ad ſignificandū aliquid. ¶ Sciēdū ḡ q̄ vox duplr̄ pōt ſignificare vt in nr̄is editiōibus dialecticis diffuſius diximus: vno enī mō vox ſignificat ſeipſaꝫ in imaginatiōe cōceptā: ꝛ hec ſignificatio eſt eſſentialis voci. naꝫ ſi quis ſine imaginatiōe ꝑcedente ſonū faceret: vt apparet in tuſſiēte h⁹ ſonus nō eſſet vox. Rurſus h⁹ ſignificatio ꝯpetens voci eſt eadē nō ſoluꝫ apud oēs hoīes: ſꝫ etiā apud bruta. nā q̄cunq̄ homo ꝑferret hanc vocē buba oporteret q̄ imaginaret̄ ipſaꝫ: nec aliter imaginat̄ eaꝫ vnus hō q̄ alius: immo ꝛ ſi brutū ꝑferret hanc vocē oporteret q̄ ſibi ſimileꝫ imaginationē formaret. alio mō per voces ſignificant̄ ipſe res vel ipſe rōnes rerū in mente formate: ꝛ talis ſignificatio nō eſt eſſentialis voci: ſꝫ eſt ad placitū: ꝛ nō ē eadē apđ oēs. pꝫ itaq̄ quō omnis vox eſt ſignificatiua ꝛ quō nō. nā oīs vox ſignificat ſeipꝫ in imaginatiōe ꝯceptā vel ꝑ imaginationē apꝑhēſaꝫ: nō tn̄ oīs vox ſignificat rē vel aliquā rōnē rerū in mēte formatā: q꞉ nō oīs vox ē ſic impoſita ad ſignificādū. ex hꝫ āt patet e pt itētio ph̄i. vult.n. q̄ q꞉ oīs vox ē ſon⁹ ſignificatiu⁹: vt q꞉ ſignificat ſeipaꝫ ꝑ imagiatōeꝫ apꝑhēſā. iō oꝫ vocē fieri cū q̄dā imagiatōe: ꝛ q꞉ q̄ fit ꝑ imaginationē eſt factū ab aīa. iō ſi fiat vox oꝫ aīatū eē v̄berās ꝛ oꝫ eā ab aīa eſſe factā. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Signū āt ē nō poſſe vocare reſpirātē: neq̄ expirantē: ſꝫ detinētē: mouet.n. iſto retinēs.

¶ Probat hꝫ ꝑ ſignū di. ſignū aūt. ſup. q̄ oporteat vocē fieri cū imaginatiōe q̄dā ē nō poſſe vocare reſpirātē. i. aereꝫ attrahētē nec expirātē. i. aerē emittētē: ſꝫ detinētē. nā retinēs aerē iſto aere retēto mouet ad formatiōeꝫ vocis: ꝛ fac vocē. ¶ Nōn^m āt q̄ hō nālr̄ ad refrigeratiōeꝫ cordis aerē attrahit ꝛ imittit. ſi āt ꝑ aliqđ tp̄s retinere debeat aerē attractum: oportet q̄ hoc fiat per imaginationem ꝛ appetitum: q̄re ſi ad formationē vocis opꝫ aerem aliq̄liter retinere ad h⁹ formationē: oꝫ ꝯcurrere imaginationē ꝛ appetitum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtū āt: ꝛ q꞉ piſces ſine voce: nō.n. habēt guttur: hāc āt ptē nō hn̄t: q꞉ nō recipiūt aerē: neq̄ reſpirant. Sed q dicunt ſic: peccāt: ꝑpter quā igit̄ cām: altera ratio eſt. Cō.91.

¶ Ex his q̄ dixerat ꝯcludit piſces nō hr̄e voceꝫ di. manifeſtū āt q꞉ ꝛ piſces ſine voce ſunt: q꞉ n̄ hn̄t gutt̄. hāc āt ptē. i. guttur nō habent. q꞉ nō recipiunt aereꝫ neq̄ reſpirant: ſꝫ qui dn̄t ſic q̄ piſces reſpirāt peccāt: ꝛ ſubdit q̄ ꝑpter quā

Igit̃ cãm ſup. piſces nõ reſpirãt altera rõ eſt. i. nõ eſt pn̄tis ſpeculationis. pertinet eniʒ hoc ad librũ de animalib⁹ vt cõmen. ait. ¶ Notandũ aũt hec tria tacta adaptari poſſe ad tria q̄ue de voce ſunt dicta. naʒ ꝑ hoc ꝙ vox nõ ſit ſine imaginatiõe opʒ ꝙ vox ſit facta ab aĩa. per hoc vero ꝙ oʒ aerẽ reſpiratum tenere vt vocem faciamus oportet ꝙ vox ſit reſpirati aeris. vlterius quidem quia nõ habentia guttur vel non habentia vocalem arteriam non ſpirant opʒ ꝙ repercuſſio illa qua fit vox: fiat ad vocalez arteriã. ¶ Aduertendum tamen ꝙ q̃ntũcũq; hic ſic adaptet̃ lr̃a tamen eſt cõtinuãda mõ quo diximus.

Cõ.92 De odore aũt ⁊ olfatibili minus bene determiabile eſt dictis. Non. n. manifeſtuʒ eſt q̃le qd̄ ſit odor qd̄ ſon⁹: aut viſibile: vtrum lumen.

¶ Poſtq̃ phus determinauit de viſibili ⁊ de audibili. in parte iſta determinat de odorabili. In omni aũtẽ ſenſibili eſt tria cõſiderare. vʒ. obm mediuʒ ⁊ organũ. in determinando ergo de odorabili tria facit. q̃ꝛ p̄mo determiat de ipſo odorabili ſiue de ipſo obto. ſcḋo determinat de ipſo medio. ⁊ tertio determiat de ipſo organo. 2ª ibi (Eſt autẽ olfatus) tertia ibi. circa fi. ca. (eſt aũt odor) Circa p̄mam tria facit. q̃ꝛ p̄mo oſtendit eſſe difficile bene determinare de odorabili ſiue de ſpēb⁹ odoris. ſcḋo docet ſumere ſpēs h9. 3º declarat q̃uo nõ odorabilia cõparant̃ ad odoratuʒ. 2º ibi (Videt̃ aũt ⁊ analog.) 3ª ibi (Adhuc aũt) Circa p̄mũ tria facit. q̃ꝛ p̄mo ꝓponit qḋ intendit ⁊ oſtendit eẽ rationabile qḋ ꝓpoſuit. ſcḋo aſſignat cãm dicti. tertio qḋ dixerat manifeſtat ꝑ ſimile. 2ª ibi (Cauſa aũt eſt) tertia ibi (rõnabile aũt) Dicit ergo ꝙ de odore aũt ⁊ de olfatibili. i. de odorabili minus bene determiabile eſt a nobis. nõ. n. poſſumus bene determinate nec determiate cognõſcere ipſa odorabilia vel ipſos odores: ⁊ eſt rõ dicti. q̃ꝛ nõ manifeſtũ eſt nobis q̃le qd̄ ſit odor: ſic mãifeſt⁹ ẽ nob ſon⁹. ⁊ ſic mãifeſtũ ẽ viſibile qd̄ ſit vt; lum aut color. Deiñ cũ dic.

¶ Cauſa aũt eſt: q̃ꝛ ſenſũ hũc nõ habem⁹ certũ: ſed priorẽ m̃ltis aĩalib⁹. Praue. n. odorat hõ: Et nihil odorat odorabiliũ ſine letitia: ⁊ triſtitia: ſicut nõ exñte certo eo qḋ ſentimus.

¶ Aſſignat cãm dicti. 9tinuet̃ aũt ſic. hñ dico ꝙ nõ ita determinate cognoſcim⁹ odorẽ ſic cognoſcim⁹ ſonũ ⁊ ſic cognoſcim⁹ alia ſenſibilia. cã aũt eſt. q̃ꝛ hũc ſenſum. i. odoratuʒ nõ habem⁹ certũ ſicut hẽm⁹ alios ſenſus: ſʒ peiorẽ habemus odoratũ m̃ltis aĩalib⁹. q̃ꝛ hõ praue odorat ⁊ nihil odorabiliũ odorat ſine letitia ⁊ triſtitia. ſic nõ exñte certo eo qḋ ſentim⁹. i. odoram⁹. ¶ Notãdũ aũt ꝙ orit̃ delectatio ⁊ letitia ex cõiũctiõe 9uenientis cũ 9uenienti: dolor vo ⁊ triſtitia ex 9iunctiõe diſcõuenientis cũ diſcõuenienti. q̃re qñ id qḋ nobis 9iungit̃ valde 9uenit orit̃ inde letitia: qñ valde diſcõuenit orit̃ ĩde triſtitia. letitia itaq; ⁊ triſtitia oriunt̃ ex exteriorib⁹ ſenſib⁹. vt ex valde 9uenientib⁹ ⁊ valde diſcõuenientib⁹. nã modicũ 9ueniẽs vel modicũ diſcordãs nõ ꝓpe cãt nec letitiã: nec triſtitiã. igit̃ nõ ſentire niſi cũ letitia ⁊ triſtitia idẽ eſt qḋ non ſentire niſi extrema ſenſibilia. vl̃t ḡ phs ꝙ hõ praue odorat ⁊ ꝙ nõ ẽ ei certũ illḋ qḋ ſentit ꝑ odoratũ. q̃ꝛ ñ odorat ſine letitia ⁊ triſtitia: ideſt nõ percipit per odoratũ niſi extrema odorabilia: cuiuſmodi ſunt fortes odores.

¶ Dubitaret forte aliqs. vtruʒ alijs aĩalib⁹ poſſint eſſe note ſpẽs odoris q̃s hõ nõ poſſit ꝑcipere. ¶ Dõm ꝙ hõ pl̃s hʒ de cerebro ſᷓm q̃ntitatẽ ſuam q̃ cetera aĩalia. ⁊ q̃ꝛ cerebrũ ẽ frigidũ ⁊ humidũ carũcule ille q̃ ſũt organũ odorat⁹: eo ꝙ ſint ꝓpinq̃ cerebro ĩfrigidant̃ ⁊ efficiunt̃ hũide: qḋ ẽ 9 rõnẽ boni odoratus. nã tũc organũ odoratus eſt hñ diſpoſitũ qñ eſt calʒ ⁊ ſiccũ. q̃ꝛ vt cõiter ponit̃: tũc hñ diſpoſitũ eſt organuʒ qñ ꝓportionat̃ obo. 9ſtat aũt ꝙ odor cauſat̃ ex calo ⁊ ſicco. q̃ꝛ odor ẽ paſſio ſicci: ſic ſapõ hũidi: ſic ĩfra dicet̃. magnitudo ḡ cerebri in hoĩe: q̃ꝛ hʒ hũectate ⁊ ĩfrigidate organum odorat⁹ facit hominẽ praue odorare: ꝙ aũt hõ ſic habeat prauuʒ odoratũ ꝙ multe ſpẽs odorũ ſint ei ignote vt poſita qḋ querebat pʒ experimẽto. videt̃. n. ꝙ canes docentur ꝑ odorẽ latronẽ ĩuenire: qḋ illo mõ 9tingit: q̃ꝛ q̃libʒ hõ aliq̃ mõ diuerſificat̃ in hũoribus ⁊ in 9pl̃one ab alijs hoibus: ĩmo ꝓꝑ hãc diuerſitatẽ videm⁹ ꝙ pediculi gñati ex humorib⁹ vni⁹ hoĩs ſũnt q̃ſi venenoſi alteri hoĩ: ꝓꝑ hanc aũt diuerſitatẽ 9pl̃onũ ⁊ hũoꝝ 9tingit ꝙ vapores ſpũs ⁊ fumi exeũtes ex corꝑe vni⁹ hoĩs ſĩt valde diuerſi ab alijs q̃ exeũt ex corꝑe alteri⁹. ⁊ q̃ꝛ odor ẽ q̃dã fumalis euaporatio: vt declarari hʒ in libro de ſenſu ⁊ ſenſato: ſic q̃libʒ hõ q̃dã mõ hʒ ꝓprios fumos ⁊ ꝓp̄os vapores. ſic ẽt hʒ ꝓp̄os odores. canis ḡ duci⁹ ad locũ vbi 9miſſũ ẽ furtũ ſi ſit recẽter fcm̃ ꝑcipit odorem ipſi⁹ furis q̄ acceſſit ad locũ illuʒ: ⁊ poſt odorẽ illũ ꝑgit donec illũ hoĩeʒ ĩueniat. ⁊ ẽ ſil̃e. 9tigit. n. ꝙ aliq̄ canes dñr canes ſanguis ſeq̄ntes ceruũ vl̃ aliquã aliã beſtiã vulneratã. accidit. n. ceruũ illũ vulneratũ quẽ canis iſeq̄t̃ ire ꝑ magnũ ſpaciũ ꝙ nullũ emittit ſãguineʒ. tũc ḡ canis nõ p̄t illũ iſeq̄ ꝑ ſãguinẽ ſʒ iſeq̄t̃ ꝑ odorẽ. ⁊ q̃ꝛ ꝑ viã illã ꝑ quã trãſiuit ceru⁹ vl̃nerat⁹ m̃lti alij trãſiert ⁊ tñ canis nõ iſeq̄t̃ niſi ceruũ illũ vl̃neratũ quẽ icepit iſeq̄. nõ. n. vadit poſt odorẽ alioꝝ ceruoꝝ: qḋ eẽ nõ p̄t niſi q̃ꝛ canis nõ ſolũ cog̊ſcit odorẽ cerui ab odorib⁹ aliaꝝ beſtiaꝝ: ſʒ ẽt cog̊ſcit odorẽ h⁹ cerui ab odorib⁹ alioꝝ ceruoꝝ: ſic canis ĩueniẽs latronẽ cog̊ſcit odorẽ h⁹ hoĩs ab odorib⁹ aliorum hoiuʒ. pʒ igĩt ꝙ praue odorat hõ: q̃ꝛ has ſpãles dr̃ias odoꝝ nõ cog̊ſcit. ⁊ maxĩe h⁹ dr̃ias in via ꝑ quã tranſierat odorabile: niſi eẽt qd̄ valde fetidũ: nullo⁹ poſſet hõ ꝑcipe. hñ igit̃ dcm̃ ẽ ꝙ hõ praue odorat. q̃ꝛ nõ odorat ſine letitia ⁊ triſtitia. i. nõ percipit niſi extrema odorabilia. illas autẽ dr̃ias odoꝝ quas percipiũt canes ⁊ multa alia aĩalia hominem ĩpoſſibile eſt ꝑcipere. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Rationabile aũt ſicut ⁊ fortes oculis colores ſentire: ⁊ non per manifeſtas ipſis eſſe differentias colorum niſi terrentiuʒ ⁊ nõ terrentiuʒ: ſic autem ⁊ odores hominum genus. Cõ. 93.

¶ Qḋ dixerat mãifeſtat ꝑ ſil̃e dicẽs. ꝙ rõabile ẽt ſic ⁊ fortes ocul'. i. hñtes fortes ocl'os vt piſces ſic eos 9tigit ſẽtire colores ⁊ nõ eẽ ipſis ꝑ mãifeſtas dr̃ias coloꝝ niſi terrẽtiũ ⁊ nõ terrẽtiũ. ſic ⁊ gñatio hoiuʒ ꝑcipit odores. q̃ꝛ nõ ꝑcipit odores niſi terrẽtes vl̃ ñ terrẽtes. ¶ Nõnᵐ ẽt ꝙ phs idẽ ĩtelligit ꝑ ſentire cũ leti ª ⁊ triſti ª. ⁊ ꝑ ſentire dr̃ias odoruʒ terrẽtiũ vl̃ nõ terrẽtiũ: vult. n. ꝙ ſicut piſces hñtes duros oculos nõ ꝑcipiũt niſi colores terrẽtes vel nõ terrẽtes. i. colores extremos. ſic hõ nõ ꝑcipit niſi odores terrẽtes vl̃ nõ terrẽtes: q̃ꝛ nõ ꝑcipit niſi odores extremos. ¶ Nõnᵐ ẽt ꝙ ſic piſces male vidẽt. q̃ꝛ hñt ita duros oculos vt magis videant̃ hr̃e lapides q̃ oculos: ꝓꝑ qḋ non põt iprimi ibi ſpecies viſibilis: ſic homo male odorat. quia carũcule ille propinque cerebro ita indurantur: propter frigiditatem cerebri: vt non bene poſſit imprimi ſpecies odorabilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videt̃ eniʒ ⁊ analogiã hr̃e ad guſtum: ⁊ ſil̃r ſpẽs humoruʒ cũ his que ſunt odoris.

¶ Docet ſumere ſpecies odorũ. ¶ Ad cuius euidẽtiã ſciẽdum ꝙ ſi aliqua ſunt nobis icerta: ⁊ illa habeãt analogiã ⁊ ſimilitudinem cũ rebus certis ſumẽde ſunt differentie incertorum ſᷓm dr̃ias certoꝝ. quare cũ odores ſint nobis incerti. guſtabilia vero ſint nobis certa: q̃ꝛ odores habẽt

analogiā cū ſpeciebꝰ guſtabiliū ſumende ſunt dr̄ie odoꝝ ẜm dr̄ias ſapoꝝ. tria ergo facit p̄hus. qꝛ primo ait ꝙ ſpēs odoris habēt analogiā ꝛ ſimilitudinē cū ſpēbus ſaporis. ſcd̄o ꝓbat ꝙ ſpēs ſapoꝝ ſunt nobis certe. tertio qꝛ penes certa ſunt ſumenda incerta docet ſumere ſpēs odoꝝ ẜm ſpecies ſaporuȝ. ſcd̄a ibi (Sȝ certiorē habemus guſtū.) tertia ibi (Eſt autem ſicut humor) Dicit ergo ꝙ odoratꝰ videtur habere analogiā ad guſtū. ꝛ ſilr̄ ſpēs humoꝝ .i. ſaporuȝ habēt quādam analogiā. ꝛ ſilitudinē cū his q̄ ſūt ſpecies odoris. ¶ Deinde cum dicit.

Co. 94 ¶ Sed certiorem habemus guſtuȝ propter id qđ ipſe quidem tactus eſt: hunc autem habet homo ſenſum certiſſimum. In alijs deficit ab animalibus multis. Secundum autē tactum differenter certificat.

¶ Oſtendit ꝙ nos habemus certiorē guſtuȝ: qꝛ habemꝰ certiorem tactuȝ. ꝛ guſtus eſt qdaȝ tactus: duo ergo facit. qꝛ p̄mo facit qđ dictuȝ eſt. ſcd̄o ex certitudine tactus quē habet homo p̄ alijs aialibus cōcludit ip̄m prudentiſſimū eſſe aialium ibi. (Uñ ꝛ prudentiſſimū) Dicit ergo ꝙ certiorem habemus guſtum q̄ȝ alia aialia: ꝓpter hoc ꝙ ipſe guſtus eſt qdam tactus. ꝛ ſubdit ꝙ hunc aūt ſenſum .i. tactum habȝ homo certiſſimuȝ. in alijs .n. ſenſibus deficit hō a multis aialibus: ſed ẜm tactuȝ valde differenter certificat ab eis. qꝛ certiorē habȝ hunc ſenſum aialibꝰ alijs. ¶ Notandū aūt vim rōnis huius in hac conſiſtere. ꝙ ſi homo hȝ certum tactum: ꝛ guſtus ē qdaȝ tactus ſeqtur ꝙ habeat certum guſtuȝ: ſed odoratus cū hēat analogiā ad guſtum: de odorati quē habemꝰ incertuȝ certificati poterimus per guſtuȝ quē habemus certum ꝛ ſumēde erunt ſpēs odoris ẜm ſpēs ſaporis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Unde ꝛ prudentiſſimuȝ animaliuȝ eſt. Signum autem in genere hominū ẜm ſenſuȝ hūc ingenioſos eſſe: ꝛ non ingenioſos: ẜm aliū aūt nullum. Duri enī carne inepti mente: molles autem carne bene apti ſunt.

¶ Quia dixerat hominē habere certum tactū ex certitudine ipſius tactus cōcludit ip̄m eſſe prudētiſſimū animaliuȝ dicens. vnde ꝛ prudentiſſimū animaliū eſt ſuple hō. ſignum aūt eſt ꝛ in genere hominum. qꝛ ẜm hunc ſenſum dicimus homines īgenioſos vel nō īgenioſos. ẜm nulluȝ aūt ſenſum aliū iudicamus de īgenio hoīuȝ niſi ẜm tactū qꝛ duros carne dicimꝰ ꝙ ſunt īepti mēte: ſȝ molles carne ſunt bene apti. ¶ Notādū aūt ꝙ id qđ videmꝰ in genere hoīum: vt id ꝙ videmus in aliq̄bus hominibus reſpectu alioꝝ hominū poſſumꝰ iudicare in oībus hoībꝰ reſpectu alioꝝ aialium. nā ſi homines hn̄tes bonū tactū ꝛ molles carnes ſunt prudētiores alijs hoībus. qꝛ tota ſpēs hūana in bonitate tactus excedit alia animalia: ſequit̄ ꝙ homo ſit prudentiſſimus aialium aliorum.

